

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Ludwig Starhemberg von

**Oratio De Maiestate Imperii Romani : In Publico Procerum & cultorum
Academicorum consessu spectatißimo Illustris Ludovicianae, quae est Giessae
Hessorum celeberrima Academia, habita Die 30. Martii Anno 1617.**

Rostochi[i]: Richel, 1628

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73046587X>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73046587X/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73046587X/phys_0001)

DFG

Fe-3177.

ORATIO
De
MAJESTA-
TE IMPERII
ROMANI;

In
PVBLICO PROCERVM
Scultorum Academicorum con-
sessu spectatissimo
ILLUSTRIS LUDOVICIAS
næ, quæ est Giessæ Hessorum ce-
leberrima Academia,
habita.

Die 30. Martij Anno 1617.

à

GEORGIO LUDOVICO BARONE
STARHEMBERGIO &c.

Accesserunt ejusdem Disputationes;

I. De Testamentis.

II. De Literis & Armis.

ROSTOCHI

Iterum excusa typis Richelianijs,
Anno M. DC. XXVIII.

Ti - 3177

EX MATECOSTATIS
EX VULGO CANTABILIBUS

ILLUSTRI ET GENEROSO
Domino,

DN. LUDOVICO BARONI
de STARHEMBERG, & in Schönbus-
hell/ Domino in Oberpuellach, Albrechtsberg,
Wolffstain & Sitzenthal &c. Sacrae Cæsareæ
Majestatis Cubiculario ac Fisci Aulici Con-
siliario, Domino Parenti suo
dilecto,

Hanc Oratunculam de Majestate Impera-
toria, in publico Procerum Academia

Ciessene confessu recitatam, de-
bita observantia
offert



Georgius Ludovicus Baro
Starhembergius &c.

RECTOR
ACADEMIÆ GIESSENÆ
M. CHRISTOPHORUS
SCHEIBLERUS LOGICKÆ &
Metaphysicæ Professor &
Pædagogiarcha

Benevolo Lectori S. P. D.

 Irca finem superioris
anni, ad inclytam Aca-
demiam nostram ap-
pulit, Illustris & Generosus
Dominus, Dominus Georgius
Ludovicus Baro de Starhem-
berg Austriac⁹, secumque tum
temporis attulit singularem Na-
turæ, Ingenij & Judicij bonita-

A 2 tcm,

tem, variarum linguarum no-
titiam, eamq; quæ ætatem ejus
longè fuperaret, eruditionem
singularem: Qualem ab eo tem-
pore se gesserit, nostis ad unum
omnes. Nempe in eo totus fuit,
ut inter alia corporis exerci-
tia, incepturn studiorum cur-
sum feliciter continuaret, & ad
exoptatum finem perduceret.
Atq; horum laborum ac studio-
rum suorum eam apud omnes
laudem & applausum prome-
ruit, & toto vitæ suæ genere o-
mniū animos sibi devinxit,
ut ad sui honorem & amorem
inde provocarit omnes. Decre-
vit

vit autē hujus eruditionis suæ
etiam publicum specimen ede-
re, eandemq; publicâ Oratio-
ne in Auditorio solenni, & Pro-
fessorum omniū confessu com-
monstrare. Selegit ad hoc in-
stitutum Generositas ipsius eam
materiam, quæ & dignitate cū
alijs quibusvis certare possit,
& ipsius statui maxime cōgrua-
sit. Sunt scilicet aliqui singula-
res Imperij Romani osores &
rosores, male feriati homines,
qui valde laborant in eo, ut Ro-
mani Imperij dignitati atq; exi-
stimationi detrahant. Hāc in-
tētione, quæ sub imagine quar-

tae Bestiae à Daniele Propheta
dicta sunt, contra vulgarem in-
terpretationem, in controversia-
m vocantur. Alij, Imperato-
ri nostro Majestatem abrogant,
jura Majestatis detrahunt, & to-
tum Imperium vere Monar-
chicum, in alium regiminis sta-
tum commutant. In primis au-
tem celeberrimus ille Politico-
rum Bodinus, ut ostenderet, par-
tim suam adversus Imperium
Romanum invidiam, partim
singularem in Galliam, Patriam
suam, affectum & adulationē,
admodum prolixus est, ut quæ
dixi, jura Majestatis Imperio-

Roma-

Romano detrahatur. Atq; has
contra contumelias Bodini, ista
quam dixi, Oratio instituetur.

Ad hunc igitur actum, cives
Academici, vos amanter invi-
to, ut ad meridiem peroranti i-
psiis Illustri Generositati ades-
se & applaudere, utrumq; & in
Romanum Imperium amorem,
& adversus ejus osores indi-
gnationem, ostendere velitis.
Valete P.P. sub sigillo majori A-
cademiæ Giessenæ, Anno 1617.
30. Martij.

A 4 ORA-

ORATIO
DE IMPERII ROMANI
MAIESTATE.

N ruborem me daret,
merito, Magnifice Do-
mine Rector, Illustris &
Generose Domine Ba-
ro, Strenue ac Nobilissi-
me Domine Capitanee,
Viri admodum Reverendi, Clarissimi,
Consultissimi, Experientissimi, Excel-
lentissimiq;; Studiosi Nobilissimi Prä-
stantissimi &c. In ruborem inquam me
jure daret, loci hujus, in quem conser-
di, dignitas & splendor, amplissimus
ordo, Patres conscripti & prolixo ho-
nore suspiciendus confessus, tamq; de-
licatus & catervatus studiosorum con-
fluxus. Non possum enim non admo-
dum formidare, si ætatis & ingenij mei
rationes ineam, reiq; de qua dicturus,
magnitudinem & Majestatem penitus
inspiciam, ne in medio verborum cursu
vel intersistam tremore, vel pavore,
succussus præstrangler, aut rei digni-
tate

cate obruar. Erigit tamen & velut vi-
talem auram mibi præbet singularis
vestra in me benevolentia & attentio,
ut abrupto quodammodo timoris vin-
culo, confidentius insurgam. Sicut e-
pim nautis, postquam explicatis velis
in altum progressi, grata & omnibus
rebus antiquior cœli esse solet seren-
itas : sic & mihi turbidum dicendi mare
ingresso, nihil amicius aut benignius
accidere potest, quam spirantes favoris
vestri laudatissimi croci. Ne autem
prologum fabulâ prolixiorem reddâ,
& longâ verborum circumductione ve-
stras aures fatigem, misso lautiore in-
gressus apparatu, instituti mei rationé,
in ipso statim limine, in scenam produ-
cam, de multis paucissima, & maximis
referens minima.

Cum non ita pridem in quæstionem
hanc inciderem, quid de Imperij Ro-
mano-Germanici Majestate & præ-
minentia sentiendum esset, num illa
ad huc inviolabilis ossibus & medullis
Imperatoris inhæreret, an vero ad Im-

A s perij

perij Proceres devoluta, penes eos resi-
deret; cumque ejus quæstionis suavi-
tate non minus quam utilitate, non me-
diocriter animus demulceretur meus,
partim etiam adductis Bodini cavillis
justâ indignatione excandesceret, vo-
lupe fuit, patefacto mihi aditu, pleniori
rationis indagine hujus quæstionis sal-
tum cingere, & per præsentis Orationis
nemora, veritatem ejus, levi ac simplici
filo quærere.

Et quamvis stulta hæc mea videri
possit consultatio, ceu Jureconsultus
Celsus Labeoni rescripsit, l. ff. qui testam.
fac. poss. Et plus quam ridiculum dubi-
tare, an penes Imperatorem Romanū,
summum terrarum & totius orbis Do-
minum, l. deprecatio. ff. ad L. Rhod. de jact.
Et Monarcham, Majestas, character e-
jus inseparabilis, resideat; quod per-
inde esse videtur, ac si quæram, num-
ignis urat, aut aqua rato naturæ ordine
humectet. Quinimo rem perstringere
in claris terminis, tam stultum est, quā
sob sole clarissimo, mortale lumen in-
ferre,

ferre, ut gravissimè dicit Rolandus à
Valle, 2. consil. 70. in pr. Nihil tamen, di-
cente Justiniano Imperatore sacratissi-
mo, sic indubitatum inter homines; ut
non possit, licet valdè sit justissimum,,
sollicitā quandam suscipere dubitatio-
nem; Nov. 44, in pr. Nihilque tām absur-
dum aut ridiculum, quin Philosophm
quempiam auctorem habuerit. Imò
nullius rei tām liquida & obvia veritas,
quam non furcillet calumpiantum i-
niquitas'.

Veritatē Majestatis Imperatoriæ,
divina auctoritate & oraculis munitam,
Daniel. 2. & 7. multis annorum Centurijs
roboratam, dicatis linguae lasciviā, &
petulantis calamī crenā ambitiosè per-
stringere non erubuit, nostri Imperij
perpetuus osor, Bodinus, qui velut
Rhadamanthus aliquis, non tamen à
Joye delegatus, acrioris judicij censu-
rā, inviolabilem Imperij Romani Ma-
jestatem lacerat. Quare in præsentia
ei diem condicere, eumq; in jus voca-
re, desixa statutaq; animi mei stat sens
ceptia.

tentia. Ne autem in tanti nominis au-
ctorem injurius sim, ingenuè fateor.,
Bodinum virum fuisse omnigenæ co-
gnitionis accuratione ad assem forma-
tum, eloquentiæ laude clarum, rerum
experienciæ & antiquitatis cognitione
instructissimum., Politicorum nostro
tempore facilè Principem, modò intra
modestiæ fines affectuum fræna coh-
buisset, & juxta suam ipsius doctrinam,
rationi Imperium, non cupiditati suæ
tribuisset obsequium. Bodin, lib. 1. de Re-
pub. c. 3. in pr. Sed quemadmodum, Se-
neca teste, nullum magnum Ingenium
sine mixturâ dementiae, ita nec Bodiniani
Ingenij eminentia remota fuit à
fæce & mixturâ calumniæ, quæ non
exiguam dementiae speciem arguit, cu-
jus causa & occasio ex ipsiusmet Bodini
scriptis passim obvia.

Ægrè enim semper & indigno ani-
mo tulit, quod Carolo V. Invictissimo
Imperatori, posthabito Francisco Gal-
liæ Rege, summa Imperij Romani axi-
omata Electores serenissimi deferrent;

Itaq;

Itaq; præjudicio, quod aliâs omne tol-
lit judicium, doctissimus ille vir labora-
vit, quod ut elucescat clarius, funda-
menta & rationes, quibus veritas hujus
quæstionis innititur, pro mei Ingenij
modulo in medium adducam. Et qui-
dem notum est Imperium Romano-
Germanicum ex capite & membris
Thuan. lib. 2. hist. in pr. compositum esse.
Caput Imperator est, uti & hæc deno-
minatio ei non solum ab exteris natio-
nibus, sed etiam multis Imperij attri-
buitur constitutionibus. Unde Mo-
guntinus Collegij Electoralis Decanus
Reverendissimus, quando eligend^s est
Rex Romanorum, jurat, quod velit e-
ligere orbi Christiano caput. Aur. Bull.
Carol. 4. tit. 2. Eandem appellationem
sibi ipsis passim Imperatores tribuerūt.
Maximilian. 2. in Recess. de Anno 1566. §. Wir
wollen nach. Hoc itaq; capite nihil post
deum Immortalem in terris est sanctius,
l. ult. C. de legib. VVesenb. in Parat. ff. ad L. Jul.
Majest. Nihil Imperatore Romano Au-
gustius, qui tanquam stella matutina,

can

tantum inter omnes Reges eminet;
quantum lenta solent inter viburna cupressi, ut
sub pastoris habitu, de sua Roma Maro
cecinit: Hunc cœlestis Imperator,
cum adhuc in matris utero clausus es-
set, terræ Monarcham agnovit, eique
censum non solum non denegavit, *Luc.*
2. 12. Matth. 22. v. 21. sed & dare jussit.
Huic perennem & cum çvo duraturam
felicitatem divina ominantur Oracula:
Daniel. 2. & 7. Virtus & fortuna pariter
æternitatem promiserunt, *Heinsius Orat.*
20. Ut non immerito Deus terrenus;
juxta illud Psalmistæ, *Dij vos estis*,
prædicetur, *Psalm. 82.* Præterq; Deum
immortalem & Ensem superiorem a-
gnoscit neminem. *Thomas Michael de ju-*
rid. concl. 2. lit. b. Hinc Justinianus Impe-
rator graphicè & verè inquit: *Hanc nos*
gratiam Deo referendam putamus,
quod Imperii Coronam nobis impolu-
it. *Nov. 28. 14. infi.* Quo collineat Re-
gum quos Sol illuxit sapientissimus,
dum dicit, *Dei cum gratia Reges re-*
guare, *Proverb. 8. v. 15.* Virtutemq; hanc
esse

esse Altissimi. Quis itaq; tam alienus
à veritate esset, qui ab eminentissimo
orbis terrarum capite, & omnis pot-
statis ac dignitatis apice, Maiestatem,
inviolabili nexu ei unitam, temerita-
tis ungue avelleret, quam nec altissima
montium cacumina percellere, nec
profundissimæ fluviorum fossæ, nec
immensæ Oceani voragini & gurgi-
tes absorbere valeret: Quare ut ex ipsi-
us rei visceribus veritatem nostri the-
matis eruam, nullum me posse putavi
arare æquor utilius, quam si Bodinum
suo proprio mucrone iugulare cona-
rer. Et quidem ipse Bodinus passim
de iure Maiestatis tractans, Maiestatem
habere eum scribit, qui post Deum im-
mortalem, maiorem se ipso videt ne-
minem. lib. 1. Republ. c. 8. pag. 126. Ecquid
accommodatius ad propositi nostri ra-
tionem dici aut scribi potuisset? paulo
enim antè demonstratum fuit divinis
Oraculis, ipsorum Imperatorum con-
fessione, quæ probationum omnium
superlativa, omnium nationum con-

senfu

senſu, Imperatorem Romanum præter Deum & Ensem superiorem agnoscere neminem.

Videamus aliam Bodini definitiōnem, in qua adserit Maiestatem esse summam legibusque solutam potestatē. *c. 8. in pr.* Quis tertius Romani Imperatoris Maiestatem ipso Bodino delineare potuisset? Et tanc summam & absolutam ejus esse potestatē, quis nisi profligati pudoris ibit inficias? Quis unquam, qui vel primum juris vestibulum ingressus, non novit, Principem Romanum legibus solutum esse. *I. Princ. ff. de legib.* Quod nullā lege, nullā Imperij constitutione mutatum; cur id stare prohibebitur? Quis enim adhuc adsereret, Imperatorem testando ad testamentarias; in judicio ad judiciarias solennitates adstrictum esse? Quintimō Imperatorem sine strepitu judicii, sola facti veritate inspectā cognoscere, testis est omni exceptione maior. Neque enim legibus omnibus soluta Maiestas humana censi potest, cum ipso Bodino

Bodino teste, lex divina, lex naturæ,
lex omnium gentium communis eam
teneat d. c. 8. pag. 132. Digna siquidem,
vox est Majestate regnantis legibus al-
ligatum Principem profiteri, ut sanctissi-
mè Theodosius & Valens Imperato-
res rescripserunt. l. digna vo. C. de legib.
Quare licet Princeps legibus merè civi-
libus & positivis, quæ ex auctoritate e-
jus & non naturæ promanant fontibus,
hoc est, in quibus auctoritas, non jus na-
turæ pro ratione est, solutus sit: (Nam
illa dicuntur merè civilia & positiva,
quæ ab omni necessitate vel probabili-
tate rationis naturalis sciuncta sunt, ut
cum ex temporum spaciis actus legitimi-
mos, vel metimur, vel decidimus: *Jas.*
in parat. n. 13. de postulan.) Attamen quia
Princeps animata est virtutum ac veræ
Germanæq; iustitiae effigies, qui nihil
magis in votis habere debet, quam ut
omnes actus sui instituantur secundum
Justitiam poli & fori, ut Baldus loqui-
tur, ne tempestatis potius quam pote-
statis plenitudine uti censeatur, *Jas. 2. con-*

B

fi. 10. n. 7.

ſi. 10. n. 7. abſolutā legibusq; ſolutā po-
teſtate uti non præſumitur, niſi ratio-
tuendæ maſteſtatiſ id flagicer, aut a-
ctus, quem gerit, aliter fuſtineri non
poſſit. Ampliſ. D. Gothof. Ant. diſp. feud. 1. th.
1. lin. 6. Tunc enim ſi pro utilitate Reip.
veſteres leges abrogandæ & uiliores
promulgandæ, legibus ſolutorum eum
eſſe oportet: Quomodo enim veſterum
legum abrogationem ſine Sacrilegii
crimine, l. Sacrileg. C, de divers. reſcript. in-
tenderet, ſi iis de neceſſitate abſolutā
adſtrictus eſſet. Sic quando veſtiam
ſacratas ex plenitudine potestatiſ con-
cedit, abſolutā legibusq; ſolutā utiſtur po-
teſtate, cum ille actus aliter fuſtineri
contra leges poſitivas non poſſit, & ſi
quaꝝ alia, citra publicaꝝ utilitatiſ detri-
mentum ex plenitudine gerit.

Alias in propria utilitate & rerum
acquifitione jure communi uti præſu-
mitur, nec aliud voluiſſe unquam cre-
detus eſt, quod aliter velle juſtē nō po-
tuit. Non enim juris ratio patitur, ut
inde oriatur occaſio injuriæ, unde ju-
ſa oris

rà oriuntur. An. Fab. in C. lib. i. tit. ii. defin. 7.
num. 4. Verissima itaque in Imperatore
Romano est Bodini Majestatis defini-
tio. Verum enimverò cum ex ef-
fectus cognitione, causæ indeles pate-
scat, dispiciemus, num effectus & at-
tributa Majestati à Bodino tributa, no-
stro Imperatori examissim conveni-
ant. Et verò quis non arbitretur, ut
Bodinns ipse loquitur, lib. i. de Repub. c. 10:
pag. 233: eos summam habere potesta-
tem, qui leges subditis dare, qui bela-
lum indicere ac finire, qui Magistrati-
bus omnibus Imperium tribuere ac e-
ripere, qui tributa imperare, qui vaca-
tiones ac immunitates munerum arbi-
trio suo largiri, qui vita ac necis jus
habent, qui denique de Repub. statue-
re possunt. Quin autem leges tam
universales quam particulares Augu-
stissimus noster Imperator dare possit,
dubitare nefas esse duco: Quamvis
quà universales, ex mutuâ Imperatoris
cum Imperii statibus conventiones,
non nisi ad sensu & suffragio Procerum:

B 2 Quod

Quod Sacratissimi Imperatores Theodosius & Valens, ex usu & utilitate Reipub. esse jamdudum subodorati, dum ad senatum Ælio & Symmacho Consulibus rescripterunt. *I. humanar. C. de leg.*
Hoc enim non imbecillitatis, sed prudential argumentum. Sic & in Gallia Edicta Regia nullam habent auctoritatem, nisi Curiarum consensu comprobata sint, ipso Bodino afferente;
Bodi. lib. i. de repub. c. 8. pag. 149. Quamvis eodem teste, Maiestas Galliae Regis omnem Maiestatem superet. Bellum indicere, classicum canere & Fecialem hosti mittere, cum non nisi supremæ sic potestatis, quæ Imperatori nostro præminenter & secundum excellentiam, divinis Oraculis & ipsâ veritate suffragante, tribuitur, quis illâ sine evidente calumnia ei denegabit? Nam iure Romano is demum legitimus hostis censebatur, cui populus Romanus, *lib. hosti ff. de captiv. & pom. revers.* Vel Princeps, qui lata lege Regia, Populi Romani iura integra, communi voto ad suffra-

Suffragio consecutus, §. Sed & quod 6. inst.
d. jur. Nat. gent. & civ. bellum decrevit.
Et licet hodie propter dubiam & incer-
tam Martis aleam, ne in tanti periculi
re, quicquā Imperatores optimi teme-
re, præcipitanter aut defunctoriē, egis-
se censerentur, hanc absolutam pote-
statem, moderatā & æquissimā con-
ventionis lege temperarūt, circa Maje-
statis diminutionem, l. digna vox C. de legib.
ut non nisi communi Procerum con-
sensu belli faces accenderent, quò ala-
criores ad communem hostem, tan-
quam incendium comune restinguen-
dum concurrerent, cum invitis vena-
ti canibus perdifficile sit: Ideoque
summā æquitatis ratione, quod omnes
tangit, ab omnibus approbari, justum
est.

Quamobrem aliis Imperij statibus,
tanquam privatis, communi iure, ar-
morum publicorum usus regulariter a-
demptus est: l. un. C. ut arm. usu &c. Quā-
vis Germaniæ Principibus ex antiquissi-
mo libertatis prætenso, sub certo ta-

B 3 men

men publicarum constitutionum mo-
deramine, in primis in Rec. An. 1555. & 1556.
concessum, referente Waremundo ab
Erenberg/ in eleganti suo de foederibus
tractatu. lib. 1. de foederibus. cap. 2. Ut
possint conscribere milites in propriam
& aliorum salutem: Ideoque dele-
ctum agere, ad arma convocare jure
territorii possunt: Andr. Knick. de subli-
terri. jur. c. 3. n. 238. Habent jus Arman-
diæ & armamenta, jus muniendi arcis,
quod ipsum particulam Majestatis esse
asserit Attisæus' de jure Majestatis.
lib. 1. de jur. Majest. c. 5. n. 8. Magistratibus
superioribus quod dare & eripere im-
perium Cæsar possit, certius esse autu-
mo, quam ut ullâ probatione indigeat.
Ille enim solus habet potestatem cre-
andi Reges, & in Imperio Duces, Mar-
chiones, eosque majoribus Ducatum
& Principatuum feudis investiendi.
Text. in ordin. cam. p. 2. tit. 7. & justâ ex
causa Banno Imperiali & aliis remedi-
is deponendi. confer. Geil. de vi publ. Ex
ipso itaque tanquam ex fonte Augustis-
fimo;

simus; omnium in orbe Romano re-
gnantium Imperium, potestas & digni-
tas radicaliter pululat, profluir & pro-
manat, per concessiones, investituras,
confirmaciones, commissiones, Paurm,
lib. 2. de jur. c. 4. nū. 22. & ibi alleg. ad eun-
demque per appellationes, nullitates
& querelas, tanquam ad Oceanum re-
fluic & recurrit. Thom. Michael de jurid. cōcl.
2. lit. Quin glorioſiſſimus Imperator
noster tributa imperet, vacationes &
imrunitates munerum largiatur, vitæ
& necis jus habeat, ac de Repub. statu-
ere secundum fundamentales Imperii
leges possit; neminem nisi qui ab o-
mni Imperii Romani constitutione ali-
enus sit, dubitare puto. Ex ipsius ita-
que Bodini præceptis & traditionibus
luce evadit clarius, nemini rectius Ma-
jestatem, omnibus numeris absolutam,
tribuendam, quam Romano Principi.
Ne autē indistā causā Bodinum damne-
mus, quibus ductus fundamentis, Impe-
ratoris Majestatē obscurare annitetur,
cā quā fieri poterit brevitate, in me-

B 4 dium

dium producam, ac veritatis novacula
præcidere conabor.

Et quidem principio ita scribit Bodinus : lib. 2. c. 6. pag 348. Quoniam semper accedit, ut iij, ad quos suffragiorum jus pertinet, jura Majestatis immunduant, ita quoque Creatores Principis Germaniae, jura Majestatis in se transmulerunt, quod quando contigerit, scripsisse video neminem : Quoniam quæ paulatim irreperere solent, vix unquam percipiuntur : nec nisi conversione secutâ sentiuntur. Nemipem autem esse arbitror, qui cum animadvertisit, trecentos circiter Principes Germanorum, ac legatos civitatum, ad conventus coire, qui jura Majestatis habent. Verum quām infirmis pedibus iste incedat prologus, neque in fibris, aut libris, sed solius Bodini labris natus, cuivis facilè obvium esse potest : Nec enim semper accedit, qui jura suffragiorum habent, ut jura Majestatis immunduant, quod multis exemplorum documentis, si opus esset, illustrari posset. Toc-

cus

fus insuper bujus argumenti nervus
radicatur in merè contingentibus, de
quibus non est certa & determinata
veritas. Nec enim probat adesse, quod
ut plurimum contingit abesse, ut vul-
gata juris fert regula. Evanescent er-
go tenues in auras, præposterae Bodini
conjecturæ. In certis siquidem & in-
dubitatis non est locus coniecturæ, sed
veritati detectæ & omnium oculis con-
spectæ quævis cedit præsumptio. *Menoc.*

2. *præsumpt.* 67, n. 32, & seqq. Quare cum
ipse Bod. facile animadvertere potue-
rit, non satis esse, arundineo huic op-
tionis Scipioni inniti, ideo evidentiora,
maiestatem destruentia, producere co-
natur argumenta, quibus ipse veritatis
meridies Experientia resistit. Ulterius
enim ita tricatur Bodinus, Principes Im-
perii cum Imperatori, cum singulis
Principibus ac civitatibus leges ponunt,
de bello ac pace decernunt, vectigalia
& tributa imperant. Verum hic Bo-
dino regerere possemus illam Philoso-
phorum maximam, quod contra ne-

B5 gan-

gantem principia non sit laborandum.
Neminem enim esse puto quem latere
possit, Status imperii, in comitiis non i-
ded convenire, ut Imperatori leges fe-
rant, sed ut de rebus Imperii, propo-
nente & præsidente Imperatore, con-
sultent; ac si fas esse videatur, consul-
tationes in vim legis concipient, com-
muni suffragio & assensu roborent,
quibus quidem si publicum Imperii sta-
tum concernant, Imperator, non tam
ex Imperio Procerum, quam mutua
conventione, obligetur. Aliud itaq; est
ex mutua conventione, aliud ex Impe-
rio Paurm. de jurid. lib. 2. c. 2. obligari.
Nam ipso asserente Bodino, jure gen-
tium, quo conventionis fides nititur,
Majestas tenetur. Vnde consultatio-
nes suas Proceres non tam per modum
jurisdictionis, quam suffragii, nec tam
imperative, quam subjective, debitâ
submissionis devotione, Imperatori
offerunt, ejusque auctoritatem impe-
trant. Quid verò magis Imperato-
riam confirmabit majestatem?

Quæ

Quæ verò de belli, vectigalium,
& tributorum inductione subjungit,
ex iis, quæ pro thematis mei confirma-
tione adduxi, facile appareat quæ
quasi iteratâ crambe repetere fas esse
non duxi.

Ulterius veritati quā maximè cōvici-
um faciens Bodinus pergit, & assertit,
Principes Imperii & status, Imperia-
lis Curiæ judices, qui de capite, fa-
mâ ac fortunis omnibus Imperatoris,
Principū ac civitatū judicare possunt,
dādi & cōstituēndi jus habēt. Sed quā-
toperè hic à chordâ aberret Bodinus, &
quam levia nugarum folia pro vivido
veritatis succo obtrudere conetur, ne-
mo, nisi qui fungum pro cerebro, & pe-
ponem pro corde gerit, non animad-
vertit. Falsum enim omnino, quod
soli Principes & status, judices Impe-
rialis Curiæ dant: Nam Judice Came-
ræ mortuo, vel munere ab se abdicato,
Cæsar certior factus, alium subrogat,
ut ex Cameræ ordinatino refert Pe-
trus Denaïsius, Juris Publici & privati
peritus.

peritissimus. Assessores vero Imperator & Principes. Hinc Judicium Cæsarum das Kaiserliche Cammergericht / tanquam à posteriori appellatur, Ordin. Cam. & pas. in recessib. Summique Principis Consistorium, ut Andreas Geil, testatur, 1. Obser. 42. n. 3. & obs. 84. n. 5. & obs. 97. num. 9. Et quidem si Originem & occasionem Cameræ instituendæ inspiciamus, certum est, ad Consistorium Imperatoris, omnes causas olim devolutas esse: Cum vero illud, crescentibus litium feminib., non sufficere videretur, Statibus quoque Imperii incommodum esset, curiam Imperatoris & judicium tot locis sequi: Gravia præterea Imperatorum negotia, & bella, cognitioni non raro remorram iniicerent, tempore Friderici III. & Maximiliani I. ratio inventa est, ut aula Imperatoris tanto cautarum fasce levaretur, & Justitiæ tamen satisficeret. Cōvētū ergo inter Imperatorem & stat., ut Camera Imperialis institueretur, ubi competentes caussæ, ea ratione & modo, quæ Cameræ præscribit ordinatio, judica-

judicarentur. Quis itaque iudicium hoc, quod Imperator, non in communionē Majestatis, sed sollicitudinis & curarum partem, pro utilitate Imperii assumpsit, ejus Majestatem infringere sanā ratione assertum ibit.

Quamobrem pater, quod contentiosa Cameræ Jurisdictio, ab Imperatore data & communicata sit, cum consensu & consilio Procerum. Vnde etiam vice & nomine Imperatoris iudicat, omniaque sub nomine & sigillo Imperatoris, non Imperii emanant, secundum ordinationis dispositionem. Ordin. Cam. p. 3. tit. 12. Buxdorff. in diff. aur. Bull. conclus. 61. Falsum autem & absurdum est, quod Bodinus subnectit: Cameram de capite, fama & fortunis Imperatoris cognoscere.

Quamvis enim de jure communi Imperator neminem in terris, nisi Deū Judicem cognoscet, sed ipse in propriâ causâ jus dicat, l. & hoc 41. de hered. inst. §. fin. instit. de vulg. substit. l. pen. de his quæ in testam. del. moribus tamen Imperii intro-
ducuntur,

dictum, & Caroli Quarti Bullā confirmatum, ut Imperator super caussis, quibus impeditus fuerit, non in Camerā, sed coram Electore Palatino Rheni, Aur. Bul. c. 5. §. fin. Freher. de orig. Palat. l. c. 15. conveniri pos- sit. Quod tamen judicium ipse Palatinus, non alibi quam in Imperiali Curiā exercere potest, Text. modo alleg. Buxdorff in diss. aur. Bul. conclus. 77: nisi tanquam Princeps, ratione sui principatus conveniatur. Et hac ratione Imperatores in Camerā, tanquam Archiduces Austriae, conven- tos fuisse, & sibi ipsis mandasse con- stat. Buxdorff. alleg. loc.

Porro litiū serendarū cupidissimus alium adhuc scrupulū injicit Bodinus, quo Imperatoris Majestatē denigrare contēdit, dum afferit, Principes Imperii & Electores, Imperatorem de impe- rio deturbare, ac deiicere posse, unde prono quasi fluit alveo, eos Impe- ratore superiores esse, & jura Maje- statis possidere, idque exemplis A- dolphi

dolphi primi, Wenceslai & aliorum
planum facit.

Sed hæc ad speciem magis, quam
ad usum dicuntur. Quod enim E-
lectores Imperatorem deponere pos-
sunt, & aliquando deposuerint, id
non est regulare, sed irregulare &
Anomalum, ac non nisi turbato re-
rum & naturæ ordine contingit. Simi-
lis videtur Bodinus illis qui Naturæ re-
ctissimè agentis opera fastidiunt ac cō-
temnunt, quod præter illius institutum
nonnunquam monstra generari vide-
ant. Ceterè Imperatorem legitime
in regimine constitutum, deponere
non possunt, siquidem post electionem
officio functi sunt, & Imperatori fasces
Imperi Majestatemque submisse detu-
lerunt, quod ad nutum oculi, & ex
mero arbitrio revocare non possunt.
Non enim Rex postulatur ut Medicus,
cujus Imperia durant quam diu pla-
cket ægroto. Hinc rectè Valerianus
Imperator ad Prætorianos: Ut me
ad Imperium eligeretis in vestrâ erat
potestate: sed postquam electus sum,
quod

quod petitis, in meo est arbitrio, non a-
lienō : pareatis : ego quæ facienda sunt
ruminabo, referente Nicephoro. u. hi-
stor. cap. i. Alio adhuc loco Mars servet;
caidente Bodino Clāssicum : Ille enim
jūris nostri ignarus, Principes Imperii
& Proceres, non Imperatoris, sed Im-
perii fiduciarios esse, adeoque Impera-
torem non Dominum, sed audum In-
spectorem & Curatorem prætendit.
Verum hoc telum obtusum, quod ha-
bet sub arundine plumbum, ne aërem
quidem verberat, nullaque refutatio-
ne, sed rejectione indiget. Quem enim
præterit, solum Imperatorem de ma-
joribus Imperij Ducatum & Principa-
tuum feidis investire; Ideoque soli
ipsi horum cognitionem, si alterutri
parti abjudicari debet, reservatam, nec
Cameræ, nec Imperio communicatam,
tam expressa ordinationis Cameralis
cantant verba. Ordin. Cam. p. 1. quām
praxis in viridi Observanciâ posita ar-
guit. Geil. obs. 1. n. 21. & obs. 29. n. 7. Paurm.
dejurad. lib. 2. c. 4. Denique ita concludit
Bodi-

Bodinus: Qui conveniri & damnari
potest, ille summæ potestatis & Maje-
statis exp̄s. Nam superiorem infe-
riori parere, naturæ repugnat ordini.
Imperator autem noster, quod coram
Palatino Electore conveniri possit, ex
eureâ Bullâ, ipsi ultrò largici sumus'.
Verum si hæc Bodiniana adsertio ro-
bur haberet, necesse esset & Galliæ Re-
gem, Majestatem nullam possidere,
cum & is à Curiâ conveniri & damna-
tri possit. Extat enim in actis Curiæ
Parisiorum sententia, adversus Caro-
lum VII. Regem lata, quâ damnatur
sylvam urbi proximam in Parisiorum
ūsum cedere, ipso Bodino referente;
lib. 1. de Rep. c. 8. pag. 164. cum tamen, e-
odem auctore, Francorum Monarchiâ
nulla magis Regia fangi possit; lib. 2. de
Rep. c. 1. pag. 284. Neque ipsa illatio ma-
gnam vim habet. Non enim necesse
est, Judicem semper superiorem esse,
cū receptū illud sit, eo que jure utamur:
Ut si quis major, vel æqualis, subijciat
se jurisdictioni alterius, possit ei & ad-

C

versus

versus eum ius dici, dicidente Ulpiano
Jureconsulto. l. 14. ff. 1. iurisd. Hæc longe
rationes & fundamenta præcipua, qui-
bus confisus Bodinus falcam temerari-
tatis, in optimam Imperii Majestatem.,
immittere, conatus fuit, verò irrato
conanime. Reliqua quæ passim odij
virulentia spargit, adeò infirma sunt,
ut hoc loco digna nō censeantur. Fulget
itaq; adhuc & fulgebit sempiternus,
cum Sole & lunâ radijs inviolabilis
Imperatoris Romani Majestas, quam
nec edax ætas, neque ulla unquam in-
obscurabit calumniæ nubecula. Faxis
Jehova optimus, ut in siouCæsareæ Ma-
jestatis, omnia Sacri Imperij Romani
membra, piè, tranquillè conquie-
scere, & in perpetuum vire-
scere possint. Dixi.



FINIS.

DISPU-

DISPUTATIO PRIMA
DE
TESTAMENTIS,

SUB PRÆSIDIO

Viri Consultiss. & Clariss.

DN. JUSTI MEJERI

J.C. & in Argentinensium Academia

Antecessoris &c. publice
habita.

c. d. XXIV. Septemb. Anni cl. lcc. XVIII.

THEISIS PRIMA.

 Cquiruntur Res vel singu-
laꝝ, vel per universitatem;
§. fin. Instit. Per quas person. nob.
acquir. Donell. s. comm. 2. Per
universitatem acquiruntur
nobis successione, qua in jus univer-
sum succeditur: quæ duplex est, aut
enim viventi succeditur, ut potè ab
arrogatore in bona arrogati, §. fin. Instit.

per quas pers. cuiq; acqnsit. eor. tiz. Inst. de At-
quis. per arrogat. & à Monasterio in bona
eorum, qui monachorum numero esso
cœperint. Novell. s. c. s. Auth. Ingressi. C. de
S.S. Eccles. aut Mortuo, per hæredita-
tem: quę defertur, velex Testamēto,
vel ab Intestato, id est, lege §. fin. Instit.
per quas person. cuiq; acqui. l. 3 §. 2. D. pro Socio.
Hinc dicitur successio alia testamenta-
ria, alia legitima, lib. 1. 3. D. de hered. petit.
Primo loco de Successione testamenta-
riā agendum; quia quām diu hæres ex
Testamento speratur, tām diu legitimus
non admittitur, l. quām diu. 89. de Reg.
jur. l. 39. l. 77. D. de Adquir. hered. & quemadmodum
testamentaria hæreditas in
deferendo est prima, ita merito in co-
gnoscendo prima erit.

2. Non potest nobis constare quo
modo hereditas ex testamento ad nos
devolvatur, nisi prius cognoverimus
Quid sit Testamentum & quo-
tuplex

tuplex. 2, Quibus permisum
sit, Testamentum condere, vel
non. 3, Qua forma & modo
conficiatur, & quænam ad id,
ut inde hereditas acquiri possit,
requirantur. De quibus hac vice.

3. Quid sit Testamentum
liquet ex definitione rei, quæ extat
in l. 1. D. hoc tit. ubi definitur Testamentum
voluntatis nostræ justa sententia, de
eo, quod quis post mortem suam fieri
velit, vide Clariss. Dn. D. Mejerum in colleg. Ar-
gent. ad tit. D. Qui testam. fac. poss. rh. 3. Num
perfecta sit hæc definitio variè inqui-
runt Interpp. ut videre est apud Duar. ad d. r.
c. 2. Vigilium hic n. 29. Don. 6. com. 4. & Interpp.
ad pr. Inst. de Testam. ordin.

4. Definitio nominis proponitur
in pr. Inst. de Testam. ordin. ubi Testamentum
appellari dicitur ex eo, quod sic
testatio mentis, Dauth. de Testam. n. 9. Ob-
recht Disib. 19. thes. 25. & seqq. Dissentit Gellius

lib. 6. c. 12. Laurentius Valla. 6. c. 36. Dissent. etiam Reusnerus de Testam. & alij putantes definitionem rei ibi contineri.

5. Hic ingens se offert disceptatio Dd. quærentium, Cuiam juri rectius adscribatur testamenti factio? Quidam jurigentium adscribunt eam, quoad originem, juri vero civili quoad formam. Rectius ad jus civile etiam ratione originis eam referri putamus cum Gæddeo in tract. de Contrab. & commit. stipul. c. 2. n. 22. Forster in tractat. ad Instit. jur. Disput. 12. th. 3. Dissent. Arumnaus Exerc. 7. th. 3. Gilken. ad l. 1. C. de hæred. instit. & Dd. ab ipso relati.

6. Dividitur testamentum in usitatum & iousitatum. Iousitatis tria fuere genera, quæ referentur in §. 1. Instit. -e Testam. ordin. Unum quod calatus comitiis, id est, vocatis comitiis, seu vocato per cornicinem populo, ut eo præsente ac quasi teste ultiman suam, declareret voluntatem: idque tempore pacis bis tantum in anno fiebat, Theoph. b. Alterum procinctum dicebatur, quod in ipsa

in ipsa militem expeditione, dum pro-
cincti & in bellum exitur tantum mil-
itia tempore fiebat, teste Gellio l. 15. c.

27. Tertium per as & libram, quod
per emancipationem, id est, imagi-
nariam venditionem agebatur, quin-
que testibus & libripende. Civibus
Romanis puberibus praesentibus, &
eo, quis familia emptor dicebatur.

Theoph. hic.

7. Usitatum aut est solen-
ne sive pagatum, aut minus solenne,
de quo *infra*, b. 59. Utroq; dividitur in
scriptum & Nuncupativum. Scriptum
est quando testator ultimum su-
um elogium in scriptis, observatis iu-
ris solennitatibus declarat, & testi-
bus deinde subsignandum & subscri-
bendam offert. Nuncupativum
est quando testator ultimam suam
dispositionem coram septem testibus
vivâ voce palâm, & aperte nunci-
pat.

C4

g. Pro-

8. Proximum est ut inquiramus;
Qui possint Testamentum con-
dere, vel non; nam nihil juvat
testamentum factum esse, nisi is qui fe-
cit, testamenti factionem habuerit,
l. 4. D. Qui test. fac. poss. l. 19. D. eod.

9. Testari possunt omnes tam
foeminæ, quam masculi, nisi invenian-
tur prohibiti, argumento l. 43. §. 1. D. de Proc.,
quia lex 12. tabb. quæ refertur in Au-
ctore ad Her. sect. 23. lib. 1. & in Edit. Go-
thofr. col. 9. B. Cic. 2. de Invent. col. 145. B. §.
30. de hac lege. vid. Contr. Rittershus. in Comm.
ad LL. XII. Tab. Clas. 3. cap. 11. pag. 99. gene-
ralibus verbis concepta est; uti quisque
legasset suæ rei, ita jus esto, l. 120. D. de
V. 8. Jacob. Gothofr. in XII. Tabulis Tab. V. Ulpian. in fragment. Tit. II. §. Testamento 13. & ab
Imper. Constantino in l. 1. C. de. SS. Eccles.
dicitur, quod nihil magis dominibus
debeat, quam ut supremæ voluntati
(postquam aliud velle non possunt)
liber sit stylus, & licetum quod iterum
non reddit arbitrium.

10. Qui

10. Qui prohibeantur testari, id
æstimandum est tribus ex causis. 1. vi-
delicet ex conditione personæ. 2. ex
testationis facultate. 3. ex Testanris
vita.

Ex conditione personæ,
utrum sint cives Romani: nam bis ju-
re Romano solummodo testamenti fa-
ctio competit, lib. 1. in pr. D. ad leg. Falcid.
Cives Romanos accipere debemus li-
beros homines, qui sunt in orbe Roma-
no. l. 17. D. de stat. hom. juncto. §. fin. Instit. de
Libertin.

II. Hinc sequitur, quod qui cives
Romani, id est, liberi non sunt, arcean-
tur à testamenti conditione, veluti
Servi, lib. 16. D. Qui test. fac. poß. Servi e-
nim jure Romano pro nullis & mortu-
is habentur, l. quod attinet, 32. l. servitatem,
209. D. de R. I. Quare servus ne quidem
permittente Domino testamentum fa-
cere potest, quia testamenti factio est
juris publici, l. 3. D. Qui test. fac. poß. quod
privatorum pactis mutari non potest.

l. 13. D. de Paet. Potest quidem Dominus
gratificari servo, & efficere, ut ultima
eius voluntas impleatur, sed hæc ulti-
ma voluntas non est testamentum, vid.
Duar. ad tit. D. Qui testam. fac. poss. Ulpian.
tamē exceptionem refert in §. fin. tit. 20.
Inst. de Test. in servo publico vel præto-
ris, cui pro parte dimidia ius condendi
testamentum specialiter & beneficij
loco concessum, vid. Hillig. in not. ad Don. I.
6. c. 5, lit. c. Cui absimilis non est, qui se
stupro effeminari passus est; nam &
huic, referente Paulo, non ex maiore
parte quam dimidiâ testamentum con-
dere licet, Cujac. 17. obs. 24. Imp. Leo in
Novell. 38. servis Imperatoris plenam
administrandarum rerum suarum po-
testatem fecit, ut & plenam testamenti
factionem, Hillig. d. loc.

12. Num idem statuendum de
propriis Germanorum hominibus quæ-
runt Interpretes? Neg. nisi contraria
consuetudo sit in contrarium, Zaf. lib. 1.
Respons. c. 3. n. 76. lib. 2. Concil. 19. n. 1. Gadd.
de con-

de contrah. & commit. stipul. cap. 7. conclus. 6.
n. 76. Gail. c. 8. de Pignor.

13. Servis æquiperantur Monachi.
Hi enim & sunt Abbatis potestati subje-
cti, & quicquid adquirunt Monasterio
adquirunt; exceptâ Falcidiâ debitæ
successionis, quæ liberis servatur, & ex-
cepta dote uxoris & lucro nuptiali, cu-
jus ad Nov. 5. c. 5. & 7. propterea intesta-
biles. Anth. Ingressi. C. de S. S. Eccles. Hodiè
tamen monachus testamentū inter li-
beros facere potest, virili portione mo-
nasterio relictā, Nov. 123. 38. Sed testa-
mentum ante ingressum Religionis
conditum, ac per ingressum revocetur,
quæritur? Neg. Fach. 6. controv. 14. Nov.
76. 123. c. 38. c. quia ingredientibus, c. si qua mu-
lier, §. nun autem 19. quest. 3,

14. Capti ab hostibus
quamdiu apud hostes sunt, (nam in-
terea tempore & ipsi servi hosti-
um fiunt, lib. 7. Don de Aequir. rer. dom.)
æquè intestabiles sunt, lib. 8. D. b. t. §.
fin. Institut. Quibus non est perm. fac. testam.

Si vero

Si vero testamentum ante captivitatem fecerunt, licet reipsa videatur irricum, fictione tamen juris valet, jure postlimii, si redierit; si vero apud hostem deceperit, L. Cornelia. l. 12. D. Qui test. fac. poss. & ibi Cujac. §. fin. Instit. Quibus non est perm. fac. testam. l. 1. C. de capt. & postlim. revers. quod recte hodie ad illos porrigitur, qui à Turcis & Christiani nominis hostibus capti sunt, cl. Dn. D. Mejer. ad tit. D. Qui testam. fac. poss. th. 6. n. 2. Aliud est in captis à latronibus, l. 13. h. & cum liberi maneat, vid. Duar. in comm. ad tit. Qui testam. fac. poss. & captis bello civili inter Christianos, Hillig. in not. ad Don. c. 5. lit. D.

15. Obsides, quia quasi servi in hostium potestate sunt, nisi eis permittatur, l. n. D. Qui test. fac. poss. ubi Cujac. l. divus. 31. D. de Jur. fisci, & nisi usus togæ Romanæ eis concessus fuerit, lib 32. D. de Jur. fisc. Cujac. in l. obsides. D. Qui test. fac. poss. Dicuntur vero obsides, qui publicæ fidei firmandæ causa dantur ab hostibus, ut nisi, qui dederunt stent promissis,

missis, dedantur obsides potestati eorum,
quibus dati sunt, Den. 6. com. 5.

16. Deportati, & iij quibus
aqua & igni interdictum est,
l. 8. §. 7. 2. D. d. t. quia & hi iura civitatis
non retinent. §. 2. Inst. de. Capit. demin.
Deportatis æquiparantur Banniti ab
Imperio & Camerâ Imperiali,
quia & hi amittunt ea, quæ sunt civi-
um Rom. donec fuerint restituti, ordinis
Cam. part. 2. tit. 9. §. 2. Gail. 2. de P.P. c. 10. n.
1. & seqq. Petrus Denaisius in jus Camerale c. 49.
quod innuit ipsum nomen Bannire.
Des heiligen Römischen Reichs Bahn
vnd Strassen/vnd damit Feuer v. Wasser
verbieten/ Gail. 2. de P. P. c. 1. & seqq. Im
fidei committendi jus habent, l.i. §. 4.
D. de Legat. 3. quod securus est ante senten-
tiam banui declaratoriam Gail. 1. de. P.P.
c. 19. n. 3. lib. 2. c. 3. in pr. & n. 8. neque idem
obtinet in bannitis inferiorum: hi enim
non deportatis, sed relegatis ferè com-
parantur, Gail. 2. de. P. P. c. 1. n. 20. & seqq.
c. 6. n. 22.

17. Cap.

17. Capitali crimine damnati in metallum ad ferum ad bestias, l. 8. § fin. D. Qui test. fac. poss. l. 25^o in pr. D. de Accus. nam & hi cives Romani esse desinunt, lib. 2. D. de Publ. jud. s. 3. Instit. Quib. mod. ius patr. pot. solv.

18. Læsfæ majestatis accusati, hienim pendente accusatione liberam rerum suarum administrationem amittunt, ejusque bona fisco affecta sunt, Gail. 1. de P. P. c. 19. c. 13. cum etiam perversa & damnata religio Divinæ Majestatis crimen est, ex canonistarum sententia per c. vergentis, de Haret. & cum c. secundum, eod. in 6. Gloss. ibid. ordinaria in verb. ipso jure. Boc. cl. 4. disp. 10. th. 16. & seqq. accusati de tali crimine hæreseos, pendente judicio liberam rerum suarum administrationem amittunt, & bona ipso jure in commissum cadunt à tempore perpetrati criminis Gail. d. loc. sequitur quod nec hi testamentum facere posse sunt,

sunt, s. r. Inst. de Hæred. quæ ab intest. defer.
Novell. 134. vid. Joan. Dauth. de Testam. n. 242.
& seqq. Bocer. d. loc. th. 22.

19. An idem judicandum de Ex-
communicatis quod de deportatis
quaerunt Dd. Affirmativa adridet per c.
decernimus de sent. excom. susp. & interd. in b.
ubi Glossa, Fach. 5. contr. 88. Disseut. Vasquinus
Illustr. quest. part. 1. lib. c. 102. n. 5. & ab eo
allegati, Dauth. n. 256. & seqq. quorum
sententia in Excommunicatione mi-
norii admitti posset, argum. c. fin. de Cleric.
excom. deposito, &c.

20. Ex testationis facultate,
quemadmodum jus hac de re ipsis ver-
bis legis constitutum est. Tria autem
hic in eo qui testamentum facere vulc
requiruntur. 1. Bona, nam ita
data est testandi potestas lege ut teste-
tur & leget quisque de re & pecunia
sua lib. legi verbis. D. de V. S. l. testandi C. de
Testam. 2. Judicium mentis,
quia

quia testamentorum nihil aliud est, quam
testatio mentis, & sententia voluntatis
nostrae, ut ex definitione Testamenti
oppidò liquet, l. 1. ff. Qui test. fac. poss. pr.
inst. de Test. ord. Facultas declaran-
dæ voluntatis, testari enim nihil a-
liud est, quam ultimā suā volūtatē testa-
mēto scripto vel vivā voce edere: Hinc
sequitur, quod qui hisce destituuntur;
etiam si cives Romani sint, nihilominus
arceantur à testamenti factione-

21. Bonis destituuntur. I.
Filij familias: nam hi olim in bonis
nihil habuerunt, §. 1. Inst. Per quas pers. nob.
acq. Hinc neque consentiente patre te-
stari queunt l. 6. D. Quib. non est perm. fac.
test. pr. inst. eod. Bronch. 2. misc. 17. Mortis ca-
men causa, contentiente patre, donare
possūt. lib. 25. in fin. de Donat. mort. causa. Non
etiam legare vel Codicillos facere, l. 2.
de Legat. 1. l. 1. D. de Legat. 3. l. 3. 6. 8. D. de
Codicill. Nisi præter parentis consensum
adiecient clausulam, ut valeat in vim
mortis

mortis causa donationis, seu omni me-
liori modo, VVesenb. p. inst. Quibus non est
perm. n. 5. 6. Sed postea excepta sunt
Peculia castrensia & quasi ca-
strensia, quia hæc bona illis tanquam
proprium patrimonium attributa sunt
l. 1. §. nec castrensi, D. de Collat, bon. l. 2. D. de
sc. Maced. & in his bonis filius fam. habetur
pro patribus familiás; ideoq; de his re-
stari illis permisum pr. inst. Quibus non est
perm. fac. test. Sed an testati possint de ad-
venticijs in quibus solidam proprietate-
tem ipsi filij habent? ingens est quæ-
stio. Affirmativa placet Vando. i. Q. 1.
VVurmsero; i. Pract. observ. 39. Gotofred. ad l.
3. §. i. C. b. t. Inst. Mejero in colleg. fforum.
Negativa placet Donello. 6. tom. 6. Viglio ad pr.
Inst. Quiusb non est perm. fac. test. Bronch. cent:
3. assert. 21. per l. 11. C. Qui test. fac. poſſ. §. 1.
Inst. Quib. non est perm. fac. test. Affirmati-
vam defendemus.

22. Judicio mentis destitu-
tuntur, propter animi morbum ut Fü-

D riosus

riosus eo tempore quo furore corri-
pitur, § Item furiosus. Inst. Quib. non est perm.
fac. test. l. 16. D. eod. l. 9. C. eod. l. 5. D. de R. I.
Mente captius l. 2. l. 1. 17. D. Qui test. fac.
poss. Fatui tamen testamentum, haben-
tis sensum & intellectum, valebit, arg.
l. 4. C. Qui test. fac. poss. Prodigus l. 15. cui
18. D. Quitest. fac. poss. §. 2. Inst. Quib. non est perm.
fac. test. l. 40. de R. I. Si verò prodigus, ana-
tequam ei par Magistratum botorum
administratio interdicta fuit, testamen-
tum fecerit, hoc valere putant Dd.
communitet per §. 2. Inst. Quib. non est perm.
fac. test. & d. l. 18. D. Qui testam. fac. poss.
aut ob ætatem, ut Impuberes,
d. §. 1. Inst. Quib. non est perm, fac. test. l. 5. D.
Qui test. fac. poss. nisi forte ultimo die an-
ni. 14. testamentum fecerit d. l. 5. Minor
autem absq; curatoris autoritate rectè
testabitur, §. cum ergo Inst. Qui & quib. ex
caus. l. 20. §. ult. D. de Liberat. legat. Sichard. ad
l. 3. n. 7. C. de in Integr. rest. Moller. 5. semestr. 21.
aut ob ignorantiam juris sui,
ut qui dubitant de statu suo, id est, liberi
sinc

sint an servi, sui vel alieni juris, l. qui te-
stamento. 14. & l. seq. 15. D. Qui test. fac. poss.

23. Facultate declarandæ vo-
luntatis carent Mutus, literarū i-
gnarus, surdus & mutus naturā
l. 7. D. l. 10. C. §. 3. Inst. Quib. non est perm. fac. test.
Mutus & surdus casu si literas i-
gnorat §. 3. Inst. d. t. Coecus, §. 4. Inst. d. t.
quod non ita accipiendum quāsi cœco
plane testari non licet, sed quod non
licet eo modo, quo reliquis nullo vi-
tio impeditis: Extat enim de Cœco cō-
stitutio peculiaris in l. hac consultissima C. de
Testam. Quæ etiam est approbata à Ma-
ximil. in Comit. Colon. de anno. 1512.

24. An quis ultimum elogium con-
dere prohibetur, patet ex testantibus
vitā, videlicet tūm, quando ita quis
lēgibus notatur, ut nominatim prohi-
beatur testari, quemadmodum consti-
tutem l. in his, qui incestis se pollue-
runt nuptijs, l. si quis incesti, & Autb. Incestas.

D. 2

C. de

C. de Incest. nupt. 2. In ijs qui ob carmeu fa-
morum sunt damnati l. 18. §. fin. b. t. & l.
21. de Test. Quid statuendum de Meretri-
cis testamento, si quod fecerit, valebit
ne: & hoc valere statuimus cum Dauth.
de Testam. n. 224. Vasq. de success. creat. lib. 2 §.
12. num. 36. & seqq. Hillig. in not. ad Donell. 6.
comm. 5. lit. O.

25. Si quis illarum personarum,
quibus testamenti factio vel ex una ex
enumeratis causis denegata est, testa-
mentum fecerit, illud inutile manet, et
iamsi postea facultatem testamenti
condendi habeat, l. 19. D. Qui test. fac. poss.
l. §. 8 vers. proinde. D. de Bonor. poss. sec. tabb. pr.
Inst. Quibus non est perim. fac. test. vers. huic
tutur, l. 29. l. 210. D. de R. I. Sed testamentum
quod ab eo conditum est, qui habuit
testamenti factionem, licet is postea a-
liqua ex causa amittat jus testandi, ve-
luti si furiosus mente captus, mutus,
surdus, efficiatur, salvum & utile ma-
net, §. 1. 2. Inst. b. t. l. 1. §. 9 D. de Bon. poss. sec.
tabb. l. 6. §. 1. l. 18. D. Qui test. fac. poss. Du-
bitari hic non merito potest, An-
prohibitus testari, Condicillos facere
possit

possit? Negatur l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. de Jur.
Codicill.

26. Sequitur nunc forma
& modus testandi, id est, certa-
rum observatio ad firmandam testati-
onis fidem, ubi exacta II. Romanis di-
ligentia requiritur, quod ille testator
querebatur apud Scævolam, nimiam &
miseram diligentiam vocans, in l. Luci-
us, 88. §. Lucius, 17. Cur autem tam exacta
diligentia & nimia subtilitas in testa-
mentis adhibenda, docet Justinianus
in lib. fin. vers. cum enim. videlicet ne quid,
falsitatis incurrat, vid. etiam Donell. 6. comm.
6. & ibid. Hillig. in not. lit. B.

27. Hæc forma & solennitas te-
standi consistit in regulis juris civilis,
secundum quas qui testamenti factio-
nem habent, testari jubentur, l. 4. D. Qui
test. fac. poſt. l. 14. D. de jur. Codic. Estque a-
lia publica, alia privata.

28. Publica est, quæ fide pub-
lica, qua testamentum munetur, conti-
netur l. 19. in pr. C. de Testam. juncta l. ult. C.
de Rejudic. Eocer. C. l. 3. diff. 2. th. 5.

29. Publica testamenta fiant duobus modis, l. 19. de Testam. I. Cùm quis ultimam suam voluntatem libelto supplici comprehensam principi offert, petens ut libellum & ultimam hanc voluntatem suam in scrinia sua recipiat, quo facto, Princeps libellum recipit, & in consistorio suo coram omnibus letum, magistris libellorum in scrinia principis referendū tradit, d. l. 19. Quomodo testamentum conditum, omnium testamentorum fidem & solennitatem superat, & heres in eo institutus ipso Principe & toto jure (quod in scrienis principis continetur) teste succedit, ut est in d. l. omnium. 19. Nullas alias solennitates testamentarias hic necessarias esse, neque rescriptum principis requiri, cum Donell. 6. com. 7. Obrecht. disp. 19. th. 122. & seqq. putamus, Myns. 6. obs. 29. Hier. Schurff. conf. 77. cent. 1. II. Fit testamentum publicum, si testator ultimum suum elogium actis coiuscunque Judicis insinuat, puta dum corām in judicio ultimam suam voluntatem judici vel palam

lām exponie, vel scripto comprehen-
sam offert, & in acta referri petit, d. lib.
19. vide ibi Joan. Dauth. pag. 417. Sed an hīc
testes, & quod requirantur, quā ritue?
Statuimus nullos ad solennitatem re-
quiri d. l. 19.

30. Privata testamenti solen-
nitas est, quā testamento fidem tri-
buic privatam & certas solennitates de-
derat, exceptis quibusdam, in quibus
aliquid de solennitatibus remissum, de
quibus *infra th. 58.* Unde testamentum,
aliud solenne, aliud minus solenne. Ec
aliud scriptum aliud nuncupativum;
Quid sic testamentum scriptum & nun-
cupativum propositum fuit *supra th. 7.*

31. Utriusque testamenti quādam
sunt communia, quā ad omne testa-
mentum sive per scripturam sive per
nuncupationem ordinetur, pertinet;
quādam utriusque speciei propria que
vel solum testamentum scriptum vel
ad solum testamentum nuncupativum,
vel ad solum testamenti cæci perti-
nent.

32. Ex communibus est. 1.

Testium adhibitio: sine testibus enim testamentum fieri nequit, & actum in validum censetur. Excipendum est testamentum patris inter liberos factum, de quo infra th. 69.

33. Testes autem non omnes adhiberi possunt, sed illi tantum quos leges idoneos agnoscunt: agnoscunt autem omnes qui non inveniuntur prohibiti. Ex prohibitis est Fœmina, §. testes 6. Inst. de Testam. ordin. lib. 20. §. 6. D. l. 17. C. de Testam. Constat. Maxim. de anno 1512. Verum cum fœmina in alijs negotijs & causis criminalibus testis adhiberi possit l. 18. de Testib. l. 2. de Accus. non abs queritur, cur in testamentis testis esse nequeat? Hujus rei ratio ex jure veteri descendere videtur, quippe cum mulier in testamento quod Calatis comitijs aut per æs & libram fiebat testis esse non potuerit, teste Gellio lib. 5. c. 19. cui accedit, quod facilius mulieri imponi & falsus testator heresve substitui pos-

sit.

sic. Nec de jure canonico fæminam
in testamento rectè ad hiberi testem-
putamus per c. cum tu frater & c; ibi, perso-
nis idoneis, & c. seq. ibi. legitimis testi-
bus ext. de Testam. Bocer. th. 16. Quod de
fæmina in genere dictum, idem etiam
de Hermophrodito dicendum si sexus
fæmininus in eo magis incalefacat, l. 15.
§. 1. D. de Testib. Arg. l. 20. D. de Stat. hom. de
Conſt. Maxim. de anno 1512. pag. 98.

34. II. Testis in testamento adhibe-
ti non potest Impubes, d. §. Testes au-
tem 6. lib. 19. D. Qui testam. fac. poss. de. constit.
Maximil. Nec accipimus pubertati pro-
ximum, cùm lex eum non excipiat.

35. II. Servus testis esse nō po-
test, d. §. 6. Instit. de Testam. ordin. l. 20. §. 7. D.
Qui test. fac. poss. nisi forte tempore con-
diti testamenti comuni opinione pro
libero habitus sit, § sed cum aliqui 7. Instit.
de Testam. ord. l. 1. C. de Testam. & quemad. test.
ord. Non enim viciatur testamentum
et si postea appareat eum fuisse servum,
quod contra strictum ius, secundum

Ds

quod

quod inutile est tale testamentum, ex
benignitate seu liberalitate Imp. rece-
ptum, huc referri potest l. 3. Barbarius Phi-
lippus. D. de Offic. Praetor.

36. Quod in jure nostro civili de servis
constitutū, idem de Proprijs homi-
nibus (quos in testamento scripto ar-
eat à testimonio) Maxim. Imp. statuit
in d. const. edita Col. anno. 1512. Huc etiam
referuntur damnati ad triremes,
die Galeenknecht / & Deportati,
licet nospiam nominatim prohibeantur,
tamen eo ipso satis prohibiti cen-
sentur, quod hic postulantur testes Ci-
vies Romani, l. 21. C. de Testam. Depor-
tati enim cives esse desierunt, §. 2. inst.
de Capit. dim. §. cum. autem. 1. Inst. Quib. mod.
jus part. pot. toll.

37. IV. Furiosus, d. §. Testes. 6. nisi di-
lucida habeat intervalla, eo enim tem-
pore quo furoris intermissionem habet
recte adhibetur, l. 20. §. 4. D. Qui test. fac. poss.

38. V.

38. V. Mutus & Surdus,

d. §. 6. Ille enim, quando testamentum aperitur testimonium dicere, & hic nec testatoris testamentum facientis, nec Magistratus, coram quo testamentum factum aperitur vocem exaudire potest, adeoq; destituntur ijs, sine quibus quis officio testis fungi nequit,

39. VI. Et Cæcum prohiberi

putamus. Licet enim nullus, quo prohibeatur, textus in jure extet, quia ramen non sufficit testantis vocem testes audire, sed insuper etiam necesse est, ut testatorem coram videant, ne forte aliis pro alio substituantur & aliena vox fingatur l. 9. C. de Testam. Merito quod de surdo dictum fuit ad Cæcum quoque pertinere putabitur, arg. d. l. 9.

40. VII. Prohibetur testis in testamento, Prodigus cui bonis interdictum est, d. §. 6. l. ii. cui. 8. ff. Qui test.

fac.

fac. poss. Sed an prodigo jure vel decreto
magistratus bonis interdicatur, con-
troversum. Don. ad l. 6. de. V. O. & Bocer. Cl.
7. Dup. 15. tb. 25. putant prodigo ipso ju-
re bonis interdicti, si notorie sic prodi-
gus, sed si dubium sit an revera prodi-
gus sit, nec ne, decreto magistratus o-
pusesse autumant, Sed Joan. Gadd.
in tr. de Contr. & Com. stip. c. 7. concl. 10. n. 134.
usque ad fin. utroqne casu decretum
& interdictionem magistratus requirit
priorē sententiam amplectimur.

41. VIII. Intestium numero adhi-
beri non possunt, quos leges jubent
Improbos intestabilesque esse,
ratio est quia hi infames sunt. In-
testibus autem requiritur dignitas, fides,
gravitas, boni mores, honesta & in cul-
pata vita l. 2. 3. D. de Testib. Intestabilis
est, cuius testimonium non recipitur,
vel secundum alios, cui testimonium
non datur l. 26. D. Qui testam. fac. poss. Ta-
lis est qui ob carmen famosum damna-
tus vel pactus est l. 18. §. 1. D. d. t. l. 21. in pr.
D. de

D. de Test. l. 5 §. si quis 9. & seq. D. de Injur. l. 4.
§. fin. D. de His qui not. infam. Item Publico
judicio damnati, l. 3 §. 5. de Testib.
ut adulterij, l. 14. D. d. t. An autem lege
Julia Repetundarum damnatus, testis
esse possit, dubium videtur ex diversa
lectione l. 20 §. 5. D. Qui test. fac. posse. Flo-
rentina editio habet, Eum qui Repe-
tundarum damnatus est, ad testamentum
adhiberi posse existimo; hanc le-
ctionem probat Dion, Gotofred, in-
corporo suopractico in margine ad il-
lam legem. Editio vero Norica ha-
bet, Eum qui Repetundarum damna-
tus est ad testamentum adhiberi non
posse existimo; hanc lectionem pro-
bat Donell. 6. com. 7. Cujac. & Dd. commu-
niter, & juvatur, l. 13. 15. D. de Testib. Huc
etiam refertur Calumniator, l. 13. D.
do Testib. (cujus fronti ex lege Rēnia im-
primebatur litera, quæ significabat i-
psum calumnium esse, Plin. in Paneg. &
Cic. pro Rose.) quæ poena hodie sublata est

l. 278

l. 17. C. de Pénis. Hæreticus l. 4. & Auth.
seq. C. de Hæret. & Manich.

42. IX. Patria potestas facit, ut
Pater in testamento filij, & Filius
in testamento patris, & Frater in te-
stamento fratris testis esse nequeat. §.
^{G. alleq.} ^{S. q. nichil} ^{in testibus.} 9. Instit. de Test. ord. Excipitur hic
probat. filiostam. miles, qui in castris (aliud est si
post missionem §. 9. Inst. d. t.) de castrensi pe-
culio testatur: is enim pacrem in cuius
potestate est, testem recte adhiberi po-
test. l. 20 §. 2. D. Qui test. fac. poss. Utique
pater & filius fam. item plures qui sunt
in tertii alicujus non testantis vel hære-
dis potestate, fieri testes in uno testa-
mento possunt. §. 8. Instit. d. t. l. 22. D. d. t.
Hic nona immitterò quæritur de filio e-
mancipato an in testamento patris te-
stis esse possit? Affirm. Don. 6. Com. 7. &
vigl. ad tit. Inst. de Test. ordin. §. In testibus. 9.
Quod nobis videtur dorum. Est enim
iure prætorio heres instituendus vel ex-
heredandus, ut etiam ex Nov. us. c. 3. Si
heres

heres institutus est, non potest esse testis ne commodi sui caussa mentiarur.
Sin exheredatus, non potest esse testis ne incommodi fugiendi causa negat gesta.

43. X. Testis esse prohibetur is quem testator ab hostibus redemit, atque ita de pretio obligatum habet, l. 20. §. 2. D. d. t.

44. XI. Testis adhiberi non potest Heres, neque is qui in potestate ejus est, neque pater qui eum habet in potestate, neque fratres ejus, qui in ejusdem patris sunt potestate, §. 10. Inst. d. t. Se-
cundus est in Legatarijs & Fideicommissa-
riis & aliis personis ijs conjunctis; illi
enim utiliter testes adhiberi possunt, §.
legatarijs. n. Inst. d. t. l. 22. D. d. t. Ratio di-
versitatis est, quod legatarij juris suc-
cessores non sunt, quo ipso Imp. hoc
vult, legatarios nihil titulo heredi-
tatis universalis consequi, sed tan-
cum particulari, adeoque testimonium
non

Non ferre de ad junctis illis testamento, sed de ipso testamento & ipsa hæredis institutione. Ac licet ad legatarium ex testamento aliquid commodi redundet, favore tamen ultimarum voluntatum & testatorum, quo eò facilius testes, quos adhibere possint, inveneri possint, singulare hoc jus circa legatarios receptum fuit, cum illi non presumantur ob nullum vel exiguum lucrum falsum testimonium dicere & conscientiam gravare velle. Potest etiam esse testis qui testamentum scripsit l. 27. D. Qui test fac. poss. & qui tutor in eodem testamento datus est, l. 22, in pr. D. d. t. Item qui sermonem testatoris non intelligit modo sensu percipiat cui rei adhibitus sit, d. l. 22. §. 9. D. eod.

45. Illud in genere de conditione testium observandum, si forte varia conditione usi sint, & quo tempore testamentum fit, & quo testator moritur, aut intermedio tempore: conditionem eorum inspici debere cum signarent, ut si cunctales fuerint, qui adhiberi possint;

possint, testamētū valeat, & nihil testamento nocere, si quid testibus postea cōtigerit, l. 22. §. D. Quis test. fac. poss. Tantum de primo testamentorum requisito commoni.

46. II. Testamentorum requisitum est, ut testes specialiter sine rogati ad testamenti factiōnem l. 21. §. in testamentis, 2. D. Qui test. fac. poss. Rogatos hic accipimus, non tantum, si ab initio rogati sint ad testamenti ordinatiōnem: sed etiam, si ad aliam causam ab initio vocati & collecti, fortuitō intervenientes, prius certiorentur, se ad testamentum adhiberi, d.l. 21. §. 2. D. d.t. Concordat d. const. Maxim. Imp. edic. Colon. de Anno 1512. pag. 98. in verbis. Das sie darzu ermahnet vnd besprochen werden.

47. III. Requisitum consistit in testium numero: numerus illorū est septenarius: ut enim testamentum iure subsistat, coram septem testi-
E bus

bus illud factum sit oportet; § 3. & fin.
Inst. de Test. ord. l. 12. l. bac consultissimæ 21. C.
de Testam. l. si testamentum. 23. D. Qui test. fac.
poss. l. 2. C. de Bon. poss. sec. tabb. Idem nu-
merus præfinitur quoq; in d. const. Maxim.
§. Und sollen/ in quibus tamen etiam
Notarium numerat. Quod singula-
riter ita constitutum fuit, cùm aliàs in
aliis negotiis duo testes sufficient, l. 12.
D. de Testib. Ratio, cur tot testes in testa-
mento requirantur, est, ne quid hic
falsitatis incurrat, sed perfectissima ve-
ritas reveletur, prout est l. fui. C. de Fi-
deicom. Possunt etiam plures adhiberi
quam septem, quod interdum utile est,
ne, si qui ex septem testibus deprehensi
fuerint ad testimonium idoneos non
fuisse, testamentum infirmetur d. const.
Maxim. Quod si tamen quis in eo loco,
ubi septem testes inveniri non possunt,
testetur, modis omnibus quinq; testes
adhibere debet : l. fui. C. de Testament.
quemadmodum & quinque sufficient,
si quis cum testamentum prius fecisset,
postea aliud faciat, in eoque heredes

insti-

instituat eos, qui ab intestato successuerunt
erant, l. 21. §. 3. C. d. t. item si testator
sua manu testamentum scriplerit, l. 28.
vers. sancimus. C. d. t. Quam sententiam
veritati maxime conformem docet u-
sus, & consuetudo.

48. Jure Canonico testari quis po-
test coram duobus testibus & presby-
tero, c. 10. extr. de Testam. quod tantum
in terris Ecclesiæ, id est, ditione Papæ,
in terris Imperij non item obtineri Dd.
tradunt, vid. Cl. Meier. in Disp. D. ad tit. Qui
test. fac. poss. i.b. 27. Si itaque quis eo in-
loco, ubi Jus Pontificium viget, testa-
mentum coram duobus vel tribus te-
stibus condidisset; disputari solet an
etiam ad bona, extra Pontificis territo-
rium sita, extendatur? Quod cum Gail.
2. obs. 123. Myns. 5. obs. 20. affirmamus. I-
dem quoque dicendum, si forensis se-
cundum ejusmodi loci consuetudinem
testamentum fecisset. Gail. d. obs. 123. n. 3.
Bocer. cl. i. disp. th. 43. Dissent. Fachin. 5. con-
trov. 90. & alij numero plures,

49. IV. Commune requisitū est,

E 2

125

ut testes omnes actui huic sint præse-
tes. l. 9. l. 12. c. h. t. Non enim sufficit te-
stamenti tabulas singulis testibus do-
mum fuisse missas, aut testatorem sepa-
ratim septem vicinis, quid post mor-
tem suam fieri velit, indicasse, sed re-
quiritur ut ipsi testatori omnes sint præ-
sentes, cumque & audiant & videant.
d. l. 9.

50. V. Requiritur ut uno eo-
demque contextu testamentum fiat,
nec extraneus actus intermisceatur,
§. 3. Inst. de Testam. lib. 21. §. ult. D. Qui test. fac.
pos. l. 21. in pr. & §. 2. C. de Testam. d. constit.
Maxim. de anno. 1512. Si quoque extrane-
um aliquem actum necessitas valetudi-
nis vel naturæ expressit, & constet e-
um naturâ brevem esse, veluti si cibus
aut potus, vel medicamentum ægroti
testatori præbeatur, vel naturæ nec-
cessitas, puta, depositio superflui ponderis,
incidat, aut morbus comitialis, actus
eiusmodi extraneus testamento nihil
nocet, l. 28. C. de Testam. alleg. const. Maxim.
Quod si circa testem, aut testes incidat
calus,

casus, cuius refectio longiori temporis
spacio indigeat, & salus testatoris pe-
riclitantis immineat, tunc ille, vel illi
testes, circa quos tale quid cōtingit, se-
parari debent, & alii vel alii surroga-
ri, cui vel quibus omnia exponeenda
sunt, quæ ejus vel eorum præsentiam
antecesserunt, priusquam ad ulteriora
procedatur. d. l. 28. C. de Testam.

51. VI. Et ultimum testamenti scri-
pti & nuncupativi commune requisi-
tum est, ut testamentū perficiatur.
Nam si quis testamentum præparave-
rit, prius autem decebat, quām de ulti-
ma sua voluntate coram testibus teste-
tur, testamentum illud ne quideat Co-
dicillorum vim obtinet. l. u. §. 1. D. de Le-
gat. 3. & si testator in nuncupativo te-
stamento, ante testationem supremam
obmurescat, magis capisse, quām feci-
se testamentum intelligitur. l. 25. D. Qui
test. fac. poss. Hæc de communibus testa-
menti utriusque tām scripti quām nuncu-
pativi requisitis.

52. Peculiaris solennitas requiritur in
E 3 testa-

Testamento Cæci. Hic enim præter 7.
testes tabularium, vel hoc deficiente, o-
ctavum testem rogare, & in omnium
præsentia causam convocationis expli-
care debet. Postea tabularius vel o-
ctavus testis, coram reliquis septem te-
stibus, ex ore Cæci voluntatem ejus ul-
timam excipere, vel si antea conscripta
sit, coram testatore & cæteris testibus
clarâ voce recitare, illique recitationi
testator cæcus suam testationem de ist-
hac ultimâ voluntate subjicere, & non
tantum nomina heredum, verum et-
iam conditionem illorum singulariter
exprimere debet. Denique omnes
subscribere & subsignare hoc testamé-
tum jubentur, vid. l. hac consultissima. 8. C.
Qui test. fac. poß. d. const. Imp. Maximil. de anno
1512. §. Aber eines Blinden Testament.

53. *Testamenti scripti pro-
prium & substantiale requisitum I. est
Scriptura, unde etiam nomen habet.
Debet autem scribite testamentum inte-
gris literis, non notis, l. 6§. ult. D. de Bon.
poß. Nov. 107. c. 1. Auth. Quid sine C. de Testam.*

Ucrum

Quorum autem in tabulis, chartis, membranis, aut aliâ materiâ ad scriptum aptâ, scribatur, nihil refert, dummodo legi possit, §. 12. Inst. de Testam. l. 1. in pr. l. 4. D. de Bon. poss. sec. tabb. l. 25. C. de Testam. Nec interest, an testamentum tempore testationis, vel multò ante scribatur, l. 21. in pr. vers. in omnib. C. de Testam. l. 11. §. 1. de Leg. 3. ut nec illud, à quo testamentum, vel nomen heredis scribatur, Nov. 119. c. 9. instantum, ut etiam à servo tamen proprio, quam alieno scribi possit, l. 28. D. Qui test. sed & unum testamentum pluribus codicib⁹ quis cōficerere potest, l. 13. Inst. de Test. ord. dummodò in omnibus istis cādē necessariæ solennitates adhibeantur. d. § 13.

54. II. Testamenti scripti peculiare requisitum est, ut testator nomen suum præsentibus septem testib⁹ subscribat, §. 3. Inst. vel si literas nesciat, aut alio morbo impeditus ipse subscribere nequeat, adhibebit octavum testē, qui ejus nomine subscribat. l. 21. in pr. l. 29. C. de Testam. Si tamen totum testamentū manu testatoris sit conscriptū, idq; in

E 4 parte

parte quadam testamenti adsecerit,
tunc alia ejus subscriptio nō requiritur,
l. cum antiquitas. 28. §. 1. C. de Testament.

55. III. Requiritur, ut testes o-
mnes propria manu se subscris-
bant, *§. 3. Inst. de Testam. l. penult. D. Qui*
test. fac. poss. nisi testamentum eo in loco
fiac, ubi sēptē testes, qui literas sciunt,
nō reperiuntur, eo casu literarum periti
pro imperitis, præsentibus camen, sub-
scriptionem suam interponere possunt.
l. ult. C. de Testam. Subscriptio autem con-
tinebit, quis, & cujus testamentum sub-
scriptserit & signaverit. l. pen. D. Quie-
testam. fac. poss.

56. IV. Requiritur subsignatio
testium; ubi tenendum ad hanc sub-
signationem, jure nostro civili, annu-
lum signatorum præcisè requiri, *l. 22. §.*
5. D. Qui testam. fac. poss. §. 5. Inst. de Testam. l.
12. C. eod. Duar. ad tjt. Qui test fac. poss. Cujac.
14. obs. ii. Diss. Donell. 6. com. 8. Verum hæc
sententia hodie amplius in usu non est,
testis

teste Myns. ad d. §. 5. Inst. de Test. ord. facit
etiam huc d. const. Maxim. edit. Colon. de anno
1512. §. Die form. & §. Es mögen. Utrum
verò suo an alieno annulo quis signet,
nihil interest, §. 5. Inst. d. t. adeò ut et
iam ipsius testatoris annulo signari pos
sit. l. 22 §. 2. D. b. Eleganter hic quæritur,
si quis quasdam scripti Testamenti so
lennitates adhibuisset, quasdam verò
omisisset, an scripta voluntas, si non ut
scripta, saltem ut nuncupata valere pos
sit? Quod affirmamus, modo testa
menti nuncupativi solennitates non a
miserit: quod & verum putamus eo ca
su, quando disertè expresserit, se per
scripturam testari velle. Non enim
ex proposito testatoris, sed ex legibus
statuendum est, an testamentum habe
at perfectam formam, nec ne; l. 4. D.
Qui test. fac. poss. l. nemo ss. D. de Legat. i. l. 14.
C. de Testam. Andr. Gerhard. de Testam. ibid. 98.
ubi multis rationibus has quæstiones
confirmat.

57. Testamentum solenne
nuncupativum sit, cum testator ul
E 5 timam

etiam suam voluntatem vivâ voce,
adhibitis supra enumeratis solenitati-
bus, declarat. §. fin. Inst. de Test. ordin. VVe-
senbechius in paratitlis. b. t.

58. Hoc testamentum à scripto te-
stamento duobus modis distinguitur.
1. quod absque scripturâ fiat, §. fin. Inst.
d. t. omissis subscriptionibus & subsi-
gnationibus. 2. quod clarâ voce palam
fiat, ut à testibus de singulis testamenti
capitibus clare audiri possit, l. 21. in pr. D.
Qui testam. fac. poss. l. fin. D. de Jur. Codic. l. 21.
§. 2. C. de Testam. const. Maximil. promulgata
Colon. anno 1512.

59. Sequuntur jam testamenta
minus solennia, in quibus supra di-
ctæ solennitates vel omnino non, vel
non omnes observantur.

60. Hic 1. se offert testamen-
tum militis, in quo omnino non re-
quiruntur solennitates. Quemadmo-
dum enim aliis in causis militibus con-
cessa sunt privilegia, ita etiam hoc pri-
vilegium illis datum, ut quoqua modo
velint,

Velint, absque omni juris solennitate
testamentum condere possint, l. 1. l. 15.
§. 1. l. 24. D. de Test. milit. l. 6. l. 7. l. fin. C. eod.
t. t. Inst. de Testam. milit.

61. Sed num concessum jure civili
testandi privilegium adhuc hodie obti-
neat, & nostris quoque militibus com-
petat, ita ut non cogantur solennitates
juris civilis observare, quæritur? Affir-
mamus cum Myns. s. Resp. 46. Gail. 2. obser.
n. 4. const. Maxim. edit. Colon. anno 1512. modò
tamen pro Republ. Christianâ contra
Turcas, & alios Imperij Romani hostes,
vel rebelles militent, aut etiam cum
consensu Imperij aliis Christianis Prin-
cipibus, Imperio non subjectis, operam
suam præstent, videatur Colleg. Argentor.
de Test. milit. th. 3. n. 2. ubi quæstio hæc ele-
gantet deciditur & explicatur.

62. Non autem quibusvis milici-
bus, & quovis tempore, competit hoc
beneficium testandi jure militari, sed
tantum veris, id est, armatis militibus,
qui sunt in numerum militarem relati,
l. 4. l. 38. §. 1. l. 42. D. b. t. l. 1. l. 6. C.
eod. & militiae sacramento obstrictis

b. II.

l. n. in fin. or. l. 13 §. 3. D. de Re milit. dum actu
militant, & in expeditionibus vel castris
occupati sunt. Qui ergo militia mis-
sus est, post missionem non potest iure
militari testamentum facere, sed tan-
cum iure communi servatis solennita-
tibus. pr. & §. 3. Inst. de Testam. milit.

63. Hinc queritur, num privilegi-
um hoc ad stationarios, praesidiarios,
limitaneos, & eos qui in hybernis sunt,
pertineat? Negativa sententia aliquan-
do in Camerâ imperiali obtinuit teste
Gail. 2. obs. 118. quam etiam sequuntur.
Obrecht. in disp. 2. de Discipl. milit. th. 822.
V Vesenb. in paratetl. de Testam. milit. n. 3. & alij.
Horum sententiam sequimur, nisi assi-
duis hostium irruptionibus exagiten-
tur. Bocer. cl. 3. disput. 2. th. 60. & in tract. de
Jur. Belli & duelli lib. 1. cap. 28. Clariß. Dn. D.
Mejer. in disp. D. ad tit. de testam. mil. th. 3. n. 3.

64. Num porro omnes cuiuscun-
que sint conditionis milites, & in specie,
an. si forsan Doctor, Licentiatus, stu-
diosus juris, aut alius quis, rerum foren-
sium peritus, militiam sequatur, ij et-
iam

iam jure militari testari possint: an-
verò secundum jus commune sibi non
incognitum testari debeant? viden-
dum. Dicendum videbatur hujus-
modi militem jure militari testari non
posse, quia ratio privilegij militaris, ut
est simplicitas & imperitia,
peout eam Imp. in pr. Inst. de Test. milit. ad-
ducit, sumptam ex l. 1. D. de Testam. milit. l. 3.
C. eod. in his cessat. Sed contraria-
sententiam veriorem putamus per l. fin.
D. de Testam. milit. l. 1. D. de Bon. pos. ex testam.
milit. Nam imperitia non est unica &
solitaria illius privilegij causa, sed præ-
ter illam periculum & occupatio ad-
versus hostem, & illius insolitus attendi-
tur, ut patet ex pr. & §. 3. Inst. de Test. milit.

65. Privilegium militibus datum,
ut quoquo modo facta ab his testamen-
ta rata sint, ita intelligi deberet, ut utique
prius constare debeat testamentum ab
eis factum esse. §. 1. Inst. l. 24. D. eod. (pri-
vilegium enim concessum alicui actui,
cum demum intelligitur, si ille actus sit.
Myns. ad d§. n. 2.) Hæc militis voluntas
consta-

constare potest vel scripturā, vel
duobus testibus, l. 40. D. & d. S. i. Inst.
de Test. mil. qualis autem fuerit scriptu-
ra nibil interest, num literis integris vel
notis, id est, signis & abbreviaturis, cō-
stet. l. 40. D. d. t. Cujac. 3. obs. 3. Nec illud
refert, utrum in chartā, membranā, li-
gno, corio, vel quavis alia materiā con-
tineatur, l. i. in pr. l. 4. D. de Bon. poss. sec. tabb.
Imò si quid miles in vaginā aut clypeo,
literis sanguine suo rutilantibus adno-
taverit, aut in pulvere scripserit gladio
suo, eo ipso tempore, quo in prælio vitæ
sortem derelinquit, hujusmodi volun-
tatem stabilem esse oportet, l. 15. C. de
Test. milit. Quā de re Donellus & Cujacius d. t.
consultantur.

66. Nec illud ad rem facit, an testes
adhibiti in pagano testamento testes
esse potuerint, nec ne: nam mulieres
& peregrini in militis testamento ad-
mittuntur, Obrecht. disp. 2. de Discipl. mil. th.
755. Cl. Dn. D. Mejer. ad tit. D. de Test. milit. th.
n. n. 2. Sed an testes necessarij & pro-
ficienai formā in testamento militis; an
verò

Verò probacionis duntaxat causa adhibeantur, controversum est, qua de re
vide Clariſſ. D. Iuſtum Meier. allegato loco th. 10.
Constitutio tamen nunquam satis laudati Imperatoris Maximiliani, cuius
ſæpius mentiōhem injecimus, quamq;
anno 1512. Coloniæ publicè promulga-
tam & editam scimus, requirit, ut mi-
les in castris extra prælium constitucus,
duos testamento suo testes adhibeat:
quod si autem in prælio constitutus vi-
vat, eidem etiam ſine testibus testamentum
condere permittit eadem const.
Maxim. de anno eodem.

67. Et illud queritur, an miles in-
dubio præſumatur voluisse testamen-
tum condere secundum jus comūne, an
verò jus militare. Hoc nos affirmamus,
l. 3. D. d. t. cum Duar. ad tit. D. de Testam. mil.
c. 3. Cl. Dn. Meier. ibid. th. 13.

68. Testamentum quod miles in-
castris fecit, non iure communi, sed iure
militari intra annum post miffionem,
honestam tantum valet, §. 3. Inst. l. 17. S. fin.
l. 21. l. 26. l. 28. D. l. 5. C. de Test. milit. quod
etiam

etiam verum est, si post annum conditio institutionis exticerit, modo intra annum testator moriatur, d.l.38. in print. d.S. 3. Inst. de Testam. milit. Plura de Testamento militis videantur in Collegio ffororum Argentoratensi à Clarissimo Meistro instituto.

69. II. Similiter jure singulari condere testamentum possunt Parentes inter liberos suos, l. 21. §. ex imperfecto. C. de Testam. Nov. 107. c. 1. Quod testamentum inter liberos, si scriptum sit, sine adhibitione testium subsistit, & sufficit, si parens, quid se mortuo inter liberos fieri velit in schedula comprehendat, eaque in arca ejus inveniatur, prout est communis Dd. opinio Auth. Quod sine C. de Testam. Gail. 2. obs. 112. Fatchin. 4. contr. 2. 1. Dis. Cujac. in Consultationibus conf. 1. Si nuncupativum fecerit testamentum, duo testes, etiam fæminæ, nō specialiter rogati sufficiunt, per notata ē Gail. d. obs. 112. num. 14. & seqq. Hartman. Pistor. 1. Question. 1. Quod non edunt taxat casu verum putamus, ut non nulli volunt, si liberi æqualiter sint instituti, sed & si instituti sunt in æqualiter

litter, prout probatur l. 10. 16. fin. C. Famil. hereditate. l. 8. C. de Inoff. testam. per Nov. de Testam. imperf. 107. c. 1. Hartm. Pistor. 1. quæst. 1. Exheredes liberos suos parentes facere in hoc testamento jure singulari condito non potest. l. 8. 13. 15. de Liber. & posth. Non abs re hic queritur, an, quæ disposita sunt de testamento parentum inter liberos, etiam vice versa valeant in testamento liberorum inter parentes? Quod Negat Dñ. Rittersh. ad Nov. part. 6. c. 2. in fin. Ubi plura de hoc parentum inter liberos testamento videri possunt: vide etiam Hartm. Pistor. loc. alleg. Cl. Meyer. in tit. D. Qui test. fac. poss. th. 25. Boer. Cl. 3. disp. 2. th. 62. & seqq. Gail. 2. obs. 112.

70. III. Jure singulari Rusticis quoque testamentum condere licet. Si enim ijs in locis testamentum fecerint, ubi septem testes habeti nequeunt, in præsencia quinque testium, in testamētis idoneorum, ultimum suum elogium condere possunt; & si scribere quidam ex ijs desciunt, reliqui litterati pro ijs subscribere possunt, l. fin. C. de Testa. Conſt.

F

Maxim:

Maxim. d.c. de anno 1512. tit. von Testamen-
ten §. vñnd sollen / vers. vñnd auff dem
Käyserlichen.

71. IV. In testamento tem-
pore pestis condito remissum est
aliquid de testamentorum solennitati-
bus, ut scilicet necesse non sit testes e-
iusmodi morbo oppressos (id est, metu
morbi correptos, Cl. Mejer. d. r. th. 26.)
eo tempore jungi atque sociari, l. casus.
8. C. de Testam. Sed an etiam numerus
testium in hoc testamento relaxatus
sic, ita ut coram quinque vel pauciori-
bus testibus fieri possit? querunt Dd.
Negamus, d. l. 8. C. de Testam. Hunnius in Re-
solut. lib. 2. Tract. 5. q. 5. Gilken. ad l. 8. C. de
Testam. Giph. Donell. ibid. In Camera carmen
Imperiali testamentum duobus testibus
à testatore peste infecto admissum fu-
isse commemorat Gail. 2. obs. 118. n. 19. &
Myns. 2. obs. 96.

72. V. Denique testamentum
ad pias causas conditum, in quo
testator bona sua Ecclesiæ vel pauperi-
bus

bus relinquit, adhibitis duobus tantummodo testibus, etiam fæminis, non specialiter rogatis, subsistere Canonistæ & Dd. ex privilegio piæ causæ volunt, per c. Relatum extr. de Testam. & ibid. Covarruv. Tiraquell. de privileg. piæ causæ. Boér. Decis. 93. n. 4. & seqq. Fach, 4. contr. 3. vers. quod attinet tertium. Clarus lib. 3. sentent. §. Testa. quest. 6. n. 2. 3. 4.

73. Sed hic quæritur, an ij , quibus non est permisum testamentum condere, testari possint ad pias causas? Quod rectè negat Clarus lib. 3. sent. §. testamentum. quest. 5. n. 2. & seqq. ubi tamen exceptionem ponit in filiofamiliâs, qui cōsentiente patre ad pias causas testari potest, per c. licet. 4. de Sepultur. in 6.

A gendum jam esset de institutione heredis, quæ caput & fundamentum totius testamenti dicitur, in §. inst. heredis. 34. Inst. de Legat. & inutile testamentum dicitur, in quo nemo heres instituitur, §. 2. Inst. de Fideicom. hered. l. 1. §. fin. D. de Vulg. substit. l. fin. D. de Jur. codic. l. 30. D. de Liber. & posth. Sed hunc tractatum differimus in aliud tempus. Et hæc de nobilissi-

ma & frequentissimā testamentorum
materiā ratione nostri instituti accusisse
sufficiant.

COROLLARIA.

1. An Princeps summus te-
stamentum legitimè secundum le-
ges factum, vi suæ immensa potesta-
tis, jure immutare possit?

2. Num princeps testamentum,
quod ob defectum numeri testium,
vel aliarum solennitatum imperfe-
ctum est, ex plenitudine potestatis
possit confirmare?

DISPU-



DISPUTATIO SE-
CUNDA
DE
LEGIBVS ET
ARMIS.

THEISIS PRIMA.

SUMMA totius Reipubli-
cæ virtus de stirpe dua-
rum rerum venit, A R-
MORUM scilicet acq;
LEGUM, inquit Justinianus
Imperator Sacratissimus in
constitut: de Cod: Justin: confirmando, & ideo
Imperatoriam Majestatem non solum
armis decoratam, sed & legibus opor-
tet esse armatam, ut utrumq; tempus, &
PAQIS & BELLORUM recte possit guber-
nari. princ. Proæm. Institut. Unde bellè
Accursius Leges & legiones, duo mun-
di brachia appellat, in gl. ad. d. constitut. de

F 3

Justin.

Justin. C. confirmando. Iohan. Lauterbach in
tractat. de literis & armis, Dn. Cothman. ad Rubr.
C. Justin. n. 48.

2. Hisce duobus nervis vim suam
muniens fœlix Romanorum genus, o-
mnibus anteponi nationib⁹, omnibusq;⁹
gentibus dominari, tam præteritis et-
fecit temporibus, quam Deo propitio
in æternum efficiet. Idem Justin. Impe-
rator in d. Constitut. de Justin. C. confirm. fac.
Nov. 24. in prefat. & c. i. Nov. 25. in prefat. &
c. i.

3. Cum duo sint publicorum tem-
porum genera, pacis & belli, duo etiā
justitiæ instrumenta esse oportet, qui-
bus utrumq; regeretur, & quæ sibi in-
vicem mutuas operas præstarent. Neq;
enim arma sine legibus tutas, l. 3. & tot. tit.
ff. de re milit. Recess. Imper. de Anno 1500. in pr.
neq; leges sine armis validæ. l. qui resti-
tuere, ff. de rer. vindic. l. si quis in hoc C. de Epis-
cop. & Cleric. l. cum vir. C. ad l. Julianum de ar-
dult. Adde recess. Imper. de Anno 1522. ibi dicti
weil aber die Gesetze. Militans res si sola
& per se consistat, ultra quam decet,
efficeretur audaciæ: Civilis vero nisi ha-
beat

beat robur militem intra mediocritatem, carebit auctoritate. d. Novell. 26. c. 1.
in fin.

4. Sicut autem aurea pacis tranquillitas optabilius belli calamitate; l.
un. C. de caduc. toll. ita legum exercitium
salubrius armorum præsidio, juxta
Poetam.,

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

immo — Pax una triumphis

Innumeris potior.

5. Sint ergo leges dextrum mundi
brachium, & Legiones sinistrum, cum
dexterius res peragantur legibus quam
armis. confer Dn. Cothman. rubr. C. Justin. n.
48. Geit. I. de pac. pub. c. 1. n. 4.

Cedant arma togæ, concedat laurea lingue.

6. Sine Legibus nulla diu stare, multò
minus florere potest Res publica.
Quemadmodum enim homines absq;
societate mutuâ vivere non possunt, ita
neq; societas ulla tutâ, vel diuturna, esse
potest absq; legibus. Plato lib. 3. de legibus.

Aristot. 4. Polit. c. 4. Althusius Polit. c. 10. n. 8.

7. Legis appellatio & vox variè
accipitur. Nam in largissimâ appellatio-

F 4 latio-

latione, denocat omne omnino legem
tam divinam quam humanam: l. i. l. 2.
ff. de legib. Aliquando pro universo Jure
civili: §. 1. Inst. de obligation. Non dumqua
partem juris script: constat Inst. de I. N. G.
& Civ. Interdum pro certa juris specie,
quam alijs opponitur, § lex Inst. eod. Plures
hujus vocis acceptio[n]es ostendit Dn.
Cochman. in Comment. ad lib. I. C. de legib[us]. n.
21. & seqq. Colleg. Argent. ad Tit. de LL. th. 1.
Nos hic generalius pro omni jure acci-
pimus.

8. Leges in Rep: nihil aliud suae,
quam in certas regulas conscriptas vir-
tus, & ratio vivendi. Libor. à Bedenstein c.
2. Juri prud. Polit. munus Dei & Pruden-
tium decretum, l. 2. ff. de legib. sponsio
Reipub. l. i. ff. eod. Hinc Veteres api-
mam civitatis, leges esse dixerunt; quin
& inde felicem aut infelicem evadere
Reipublicā, pro ut bonis malisq; legi-
bus temperata fuerit: confer Muret. volum. I.
Orat. 18. Unde & oculi Reipub. Nov. Le-
on. 19. Sustentaculum & fundamentum,
Nov. Leon. 36. in pr. Recess. Imper. de Anno 1500.
In pr. ibi Wann aber ausländischer Krieg
gang

ganz vnverfenglich/wo nicht vorhin redlich gut Regiment/ Gericht/ Recht/ vnnnd Handthabung wehre / Auff denen als Grundfesten/ alle Reich vnnnd Gewalt ruhen.
Parentes Reipub: quæ ut Patrem decet, paterno affectu poenas pro ratione delictorum infligunt, Nov. Leon. 105. ut & publicæ disciplinæ vigor, & privatorū vigore queat utilitas, appellantur. I.9. §. 5. in fin. de Publican. & rectigal.

9. Leges itaq; Reip. præesse qui vuln. videntur summam potestatem committere Deo & legibus ; qui verò humano arbitrio tribuit imperium, adjungit ei beluam. Nam cupiditas beluz similis est, & iracundia gubernatores depravat, etiamsi sint alioqui viri boni : lex verò mense est, sine cupiditate, sine perturbatione & affectu, Arist. lib.3. Polit. cuius exemplum refert Pompon. in l.2 §. & cum placuissest. 24. ff. de orig. jur. confer Petr. Roytz in decis. Litoan. 4. n. 133. & seqq.

10. Ex hisce facile determinari poterit, quæ inter Politicos agitatæ quæstio: an Legis an verò Regis Imperium salutarius sit, magisq; ex parte eorum.

F 5 Pria

Primum affirmamus per ea, quæ prolixè tradit D. Cothman. in Comment. ad tit. C. de legib. n. 175. & multis seqq.

II. Unde rectè Aristoteles censuit in bene constitutâ Republ: omnia, quod ad fieri potest, legibus esse definienda, & quām paucissima judicis arbitrio relinquenda; quia leges certæ sunt, & æquabili fronte omnes adspiciunt, l. 2. de jur. & facti ignor. inq; futurum prospiciunt, ut neq; gratia, neq; odio locus esse possit. Cujac. ad Nov. 22. in pr. Deinde leges præviâ diligent consideratione, pleno & deliberato prudentum feruntur consilio, & ideo merito omnis hominis privati præferendæ arbitrio. l. 8. C. de legibus pr. Institut. de Codicill. l. 35. ibi multis vigilijs C. de inofficiis. testam: Adde auream Bull. tit. 31. ibi Mit vorbetrachtung & tit. 7. in pr. Vide Recess. de Anno 1495. in fin. pr. ibi Mit zeitigen Rath Ewer der Churf. &c. Recess. de anno 1495. Mit Rath vnd willen der Ehrwürdigen. Recess. de Anno 1522. ibi Mit Ewer der Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen guter vorbetrachtung in pr. & in Constitut. de Anno 1529. sub tit. Wir Brüder oder

oder Schwester Kinder ibi. Mit Unser
vnnd des heiligen Reichs Churfürsten /
Fürsten vnd Stände zeitigen vorgehens
den Rath.

12. De jure ci vili facti quidem qua-
stio erat in arbitrio judicantis, legum,
vero auctoritas non item. l. 15. ad Munici-
palem, adde l. 1. §. 4. ad Turpilian. Hinc Bo-
din: Judices facti, lex ipsa poenæ, Prin-
cipes autē venia potestate habebant,
lib. 1. de Repub. c. 10. p. 202.

13. Legis constitutio Superioritatis
annexa est juribus, estq; sumæ potestatis
symbolum, Halicarnass. lib. 6. VVesenbec. ad
§. lex est Institut. de jure Naturæ, Gent. & Civil.
Arnif. lib. 2. de jure Majestat. c. 3. Bodin. lib. 1.
de Repub. c. 10. p. 235.

14. Et quidem initio urbis, cum pe-
nes Reges jus Superioritatis resideret,
ij hæc jura usurparunt. Et leges quas-
dam curiata Romulus ad populum tu-
lit, tuleruntq; & sequentes Reges, quæ
omnes conscriptæ extant in libro Sexti
Papirij, Pompon. in l. 2. §. 2. & ibi Zaf. Cujac.
Oldendorp. & Anton. Vaccaff. de orig. jur. Adde
Arnif. lib. 2. de jure Majest. c. 3. n. 2.

15. Ex-

15. Exactis deinde Regibus, popu-
lus hasce partes accipuit, d. l. 2. §. exactius,
vel totus; unde in specie Lex: Roga-
tio enim Consulis & consensus Populi
legem constituebat: §. lex est, ibi Mysing.
Instit. de I. N. G. & Civ. Consules verò de
lege ferendâ, ad Populum Orationem
habere stantes, sedente populo, & quasi
fasces submittere oportuit; Bodin, lib. 2. de
Repub. c. 1. pag. 280, vel per partes, unde
Plebiscitum & SCem. confer §. 4. & 5. & i.
ib; Dd. Instit. de jure naturali G. & C.

16. Tandem cum rerum summa
ad Augustos devoluta esset, latâ lege
Regiâ, Populus omne Imperium in eos
transstulit, indeq; Principia placita le-
ges esse coeperunt, §. 6. & ibi Dd. Instit. de I.
N. G. & C. idq; vel per seiplos, vel per a-
lios effecerunt, quibus id indulserunt.
Nam antiquitus constitutum erat, ut es-
seat, qui iura publicè interpretarentur,
quibus à Cæsare ius respondendi datum
erat, qui Jureconsulti appellabantur.,
quorum Sententiae legum vim & auco-
nitatem obtinebant, § responfa Inst. d. tit.

17. In-

17. Inde tamen male quidam inferunt, & hodiè communes Dd. traditiones Juris auctoritatem, licet à jure scripto recedant, obtinere, per ea, quæ tradit *Vultejus* & Dd. ad. d. §. responfa Zas. lib. 2. sing. resp. c. 1. n. 26. & ad l. 2. § post hunc. n. 32. ff. de origin. jur. Niel. Disput. Feud. ii. in Coroll. Hunnius in tract. de auctor. Jur. c. ult. ubi refell. contraria. Nevizan. in sylv. nupt. lib. 5. c. quomodo jū dicandum.

18. Hodiè in Imperio leges universales condit Imperator, cum assensu & consilio Electorum, & Statuum Imperij, mit den Ständen des Reichs/ ut patet ex clausulis adfici solitis in ipsis Constitutionibus. vid. Reces. de Anno 1512. & Anno 1522. in proœm. Paupermeister lib. 2. de jurid. c. 2. n. 31. Unde hæ leges rectius Imperiales quam Imperiorum dicitur. Des Reichs Abschiede. confer Matth. Steph. de juri dict. lib. 2. p. 1 ca. 1. memb. 2. n. 11.

19. Non tamen inde recte inferunt Bodinus Monachomachus, non in Imperatore, sed in Proceribus esse potestatem condendi leges. Quamvis enim Ordinum consilio & approbatione
agat

agat Imperator, non tamen Ordinum;
sed suâ auctoritate promulgat leges;
Ordinum consilio & consensu constitu-
tas, ex potestatis plenitudine, hâc ple-
rumq; adiectâ clausulâ: Sezen/ ordnen
vnd gebieten Wir aus Römischer Ray-
serlicher oder Königlicher Macht vnd
Vollkommenheit/ vid. ur. Bull. tit. 1. in pr.
& tit. 2. §. Und dieweil. Recess. de An. 1495.
sub tit. Reformation das heimlich Ge-
richt in Westphalen betreffend/ §. Item
Bon der/ Et Recess. de Anno 1529. sub tit.
Kaiserliche Constitution, Wir Brüder/
oder Schwester Kinder & simil. Nam &
in Galliâ Edicta Regia nullam habent
auctoritatem, nisi Curiarum consensio-
ne comprobata sint, ipso fatente Bodino lib.
1. de Repub. c. 8. p. 149. Auctoritas siqui-
dem Curiarum non absorbet Majesta-
tem Principis, ut idem testatur eod. c. p. 143.
in fin. Similiter in Poloniâ, leges novas
condere ne cum Senatu quidem Rex
potest, absq; consensu Nobilitatis, sive
Equestris & militaris Ordinis, teste Cro-
mer. lib. 2. Rerum Polon. p. 96. Sic ipse Ro-
mulus

1598

mulus olim cum adhuc manu Regia
cuncta gubernaret, leges tulit curiatas,
l. 2. §. 2. de orig. jur. h. e. curiatim latae.
Convocato enim per 30 curias populo,
singulisq; curijs velut in septa segregatis,
Sententiae rogabantur, ad probandas
vel improbandas leges, quæ ferenda
fuissent. Oldendorp. in Restaur. Polit. ad d.
l. 2. §. 2. Et talis Populi congregatio,
Comitia curiata dicebantur, à cœundo,
quod populus coiret, Zaf. ibidem n. 2.
Hinc Suetonius in Augusto ait, Tiberium à
Cæsare in foro lege curiatâ esse ado-
ptatum, h. e. suffragijs populi per cu-
rias collectis.

204 Cum Principes & Status Im-
perij hodie jura territorialia & superio-
ritatis (non tamen absolutè, quæ soli
Imperatori reservata, Vid. Receß. Imp. de An.
1576. §. Dardurch denn/ ibi ohne schmälerung
der Keyserlichen Hochheit vnd Reservaten.
Et Constitut. de anno 1521. Vnd behalten vns.
Sixtin. lib. I. de Regal. c. 5. n. 121. Arnis. de jure
Majest. lib. I. c. 5. n. 20. Paurmeißt. 2. de jurisdic.
c. I. n. 38.) in suis territorijs habeant,
ac posse dicantur in suo, quod potest
Impe-

Imperator in Universo, Cæstrenſ. Consil.
228. in column. pen. ubi de Duce Mediolani.
Claud. Bertazol. in addition. ad consil. Barthol.
Bertazol. 2. Consil. 285. lit. a. Ubi de Duce Fer-
rariæ. Schurff. 3. consil. 18. n. 2. Ubi id ad Ger-
manie Principes accommodat. Et in genere
Cacheran. decis. Pedemont. 88. n. 17. Sixtin. de
Regal. lib. I. c. 5. n. 121. Vesenb. consil. 27. n. 28.
ijs sus est, non secus ac Imperatori, vel
Pontifici, jura provincialia, vel constitui-
tiones promulgare, & contrarias ab-
rogare, rursumq; novas constitueret.
etiam jura communia tollere, Cæstrenſ.
Consilio 34. n. 3. vol. 2. Schrader. in Tractat. feud.
p. 10. sect. 8. n. 28. Andr. Knich. de sublim. &
Reg. territ. iur. c. I. n. 179. adeo ut Camera
Imperialis, quæ est summi Principis
Consistorium, Recess. Imp. de Anno 1570. §
Dierweil. Geil t. observ. 42. n. & obser. 84. n. 5.
non secundum Cæsaria, sed provincialia
jura, modò sint rationabiliæ, judica-
re, juris iurandi religione adstricta sit.
text. in ordinat. Cam. p. 1. tit. 57.

21. Hoc ipsum pariter Imperatoris
Majestatem non evacuat, ut sinistre
rurus suspicatur Bodinus. Nam & o-
lim

lim sine Majestatis diminutione, majoribus Provinciarum Magistratibus, armorum juxta ac legum potestatem factam fuisse non ambigitur. Novell. 24. in præfat. & Nov. 25. in pr. & c. i. Quamvis dissimili jure olim illi, & nostri Principes hodie. Illi jure officij : hi jure territorij. Joachim. Stephan. de Jurij. c. 3. n. 37. Dn. Cothman. volum. 4. respons. 3. n. 3. Ideoq; cum Jurisdictionem perpetuam habeant, & nomine proprio transituram ad heredes , magis similes hos censem Principi, quam Præsidibus. Claud. Bertazol. in addition. ad Barth. Bertazol. Consil. 285. lib. 2. lit. b.

22. Deinde ipso Bodino teste, non quamvis legem ferre Majestatis & summae Superioritatis est, sed Legem Principis Universalem, de quâ nec judicare, c. in istâ, distinct. 4. nec appellare fas esse potest. l. fn. § 1. de Appellation. recip. c. quia nos 32. X. de Appellation. vid. Bodin. lib. 1. c. 10. de Repub. p. 235.

23. Norma legum ferendarum est Justitia, quæ potius, quam mera animi sententia sequenda. Deus siquidem.

G

jus

jus pro amissi, & Iustitiam pro statu posuit. Esai. 28. v. 17. Hinc jus à Iusticiâ dicitur, non origine verbi, sed rei. l. 1. de Just. & jure. Ius enim origine non à Iusticiâ est, sed justitia à jure, & tamen utilissimo effectu dicimus, jus à Iusticiâ esse, ut intelligamus jus non esse à jubendo, h. e. in jure magis spectandum esse, quid justitia imperet, quam quid Princeps jubeat. Gotbofr. in Notat. ad Schneid. versic. testamenta unde dicantur, Instit. de testam. Iustitia itaq; fons est juris, jus rivulus iustitiae, sive de fonte justitiae. Augustin. de civitate Dei lib. 19. c. 21. Dn. Ernest. Cothman. ad tit. C. de legibus. n. 7.

24. Forma legum constituendarū pro cuiusq; Reipub. & regimini modo varia, ea, quæ in l. 8. C. de legib. præscribitur forma à Theodosio & Valentin. Imperatoribus optima est, & ad nostri temporis statum sanè intellecta accommodari potest, junctis tamē nec neglegētis Imperii Constitutionibus.

25. Scriptura licet Adjunctum sit legis necessarium, Forma tamen ejus non est, neq; à priori, sed posteriori,

25.

essen-

essentialis ei dici potest, posteaquam
leges sine scripturâ non promulgantur,
ut eò melius in notitiam populi perve-
nire, & contra inobedientes allegari
possint. Vide Treutler. p. disp. 1. th. 5. lit. b.
Antonius Faber. in Rat. ad l. 32. de legib. Dn.
D. Hunn. disp. Instit. 1. th. 21. Diss. Menoch. 2. ar-
bitr. q. 420. n. 27. Niel. dispus. Feud. 1. th. 2. lit.
a. in notat.

26. Unde inferimus Consuetudi-
nes, licet in Scripturam redigatur, ius
scriptū strictè loquendo dici non posse:
Connan. 1. Comment. 10. n. 3. Sichard. ad Rubr.
C. quæ sit long. consuet. n. 7. Arum. Exerc. Instit.
1. th. 16. Idemq; de jure nostro feudali
statuimus, per ea, quæ eleganter tradit
Vult. 1. Feud. c. 1. n. 4. Rosenthal. de feud. c. 1. con-
clus. 8. n. 3. Dis. Schrad. de Feud. p. 2. sect. 3. n.
114. & ibi Relati, nisi eo animo in Scriptu-
ram consuetudo redigatur, ut quasi de
novo ius constituatur, & à Superiore,
legis condendæ animo, legis solentita-
te dohetur & promulgetur. arg. c. 2. de
præbend. & dign. in 6. arg. l. contratus C. de fid.
Instrum. l. 2. C. de testament. l. Publia. 16. § fin.
ff. de positi. Bart. in rep. l. de quibus **cum se-**
quentibus nonnullis, ff. de legib.

G 2 27. Le-

27. Leges omnes non eiusdem sunt
generis & conditionis. Quædam enim
sunt Divinæ, quædam Naturales, quæ-
dam Civiles.

28. Divinæ rursus vel morales, vel
Ceremoniales, vel Judiciales.

29. Morales leges, quia immuta-
bilem Dei voluntatem, & æternæ justi-
tiæ Regulam omnibus præscriptam
continent, immutabiles, Deut. 17. 18. 19.
de quarum requisitis plenè agit D. Chem-
nit. p. 2. Loc. Comm. p. 66.

30. Ceremoniales p Christi adventū
sublatæ, cum veritas adumbrata in ipso
exhibitò manifestata sit, & Solis exortu
umbra depulsa. Unde Scholasticorum
data Regula: Ceremonalia ante Chri-
stum erant viva; cum Christo mortua,
post Christum mortifera, vid. D. Meisn.
de Regin. Ecclesiast. conclus. 99.

31. Leges Judiciales, quia nobis
latæ non sunt, sed accommodatæ ad
certas temporis, loci, causarum & per-
sonarum circumstantias, non simplici-
ter & absolutè nos obligant, D. Echard. in
Fascic. Controvers. c. 23. & pertinent ad
sceptrum

sceptrum Judæ, quod per adventum
Messiae translatum, Gen. 49, ideoq; non
aliter, quoad causalrum decisiones, in
foco nostro observantur, nisi quatenus
ab habente potestatem legis conden-
dæ, post legem novi testamenti, fuerūc
approbatæ, *Alexand.*, *Consil.*, 13. lib. 7. n. 19.
Immol. in l. 3, colum. ult. ff. de testam. *Thom.* A-
quin. 2. quest. 99. art. 2. quos refert & sequi-
tur *Menoch*, lib. 2. arbitr. cas. 290, n. 10. *Vid.*
Dn. D. *Hunn.* de auctor. *Jur.* c. 1. q. 8. vel qua-
tenus in lege morali fundantur. *Diss.* ex
part. *Zepper.* de Legibus Mosaic. c. 5.

32. Leges naturales sunt, quas cum
divinâ providentiâ §. pen. *Instit.* de I. N. G.
& c. ipsa rerum natura producit, §. ii.
Instit. de Rerum Division. & quodammodo
cordibus hominum insculpsit. *Rom.* 2.
Ideoq; in Iure nostro, ubi deficit lex,
potest allegari ratio naturalis. *arg.* l. scire
oportet §. sufficit ff. de excusat. Ubi IC. alle-
gat naturalem justitiam pro ratione.
Unde Bald. eleganter dicit Rationem
naturalem esse clypeum, sub quo tegat-
tur ius nostrum. in l. un. §. 1. C. de caduc, tol-
lend. fac. l. cum ratio de bon. damn.

G 3

33. Le-

33. Leges Naturæ abrogare iu-
tum jus Civile non potest, §. pen. Instit. de
I. N. G. & c. derogare autem vel adde-
re ei aliquid potest, unde jus civile ex-
trahitur. l. 6. & ibi Dd. de Justit. & jur. Quod
enim jus Naturale dicit in genere, id jus
Civile quasi per Species, ad varios vitæ
humanæ casus, & facti themata accom-
modat. Vesenbec. ad §. pen. Instit. de I.N. &
C. Dn. Cobham. ad tit. C. de LL. n. 50. & seq.

34. Leges Civiles, vel publicum
Statum concernunt, vel privatum.:
Unde Jus publicum & privatum, §. fin.
Instit. de Justit. & jur. Illæ prepter digni-
tatem aliquando fundamentales dicū-
tur, quia ijs ipsa Reipub. fundamenta.,
& nervi, tanquam arcta catenâ & spiri-
tu vitali colligantur. confer Bodin. i. de Re-
pub. c. 8.

35. Lex fundamentalis Imperij
Romani, quâ libertas & salus Germa-
niæ conservatur, est certa Imperatoris
eum Electoribus capitulatio, cuius 35.
recenset capita Anthon. Coler. de jure Imperij
German. scit. 33. Sleidan. lib. 1. Histor. Talis
est auresa Caroli 4. Bullæ Constitutio
Pacis

Pacis Profanæ & Relligiosæ, & alij Imperij Recessos, Statum publicum immediate concernentes. In Galliâ est lex Salica, de quâ quædam tradit Carol. Molin. in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 26, quam firmissimum Regni Gallici fundamentū appellat Bodin. lib. 1. de Repub. c. 8. pag. 139. & add. quæ tradit lib. 6. c. 5. p. 1148. versic. at mihi. Hæc leges fundamentales, quantum fieri potest, immutabiles esse oportet, per pulchras rationes, quas tradit idem Bodin. lib. 4. de Repub. c. 3. p. 665. Unde nihil existimo perniciosius esse legū novitate, si de statu Reip. quæratur, inquit Plato lib. 7. de Legib.

36. Leges privatum Statum concernentes, generis nomen retinent, & variationi obnoxiae, quatenus merè sunt Civiles & positivæ. Non enim semper & ubiq; utile est, quod aliquando & alicubi utile fuit. l. un. C. de Caduc. tollend. Equalis enim in utroq; æqualitas est, vel promulgare, quæ justa sunt, vel antiquare quæ prava. Marcian. Novell. sus. tit. 5. Rittershus. in Comment. Nov. in prœam. c. 3. n. 12.

G 4 37. Sunt

37. Sunt autem merè positivæ leges, quæ ab omni necessitate Juris Divini & Naturalis sejunctæ sunt, ut cū ex tempore, annorūve spacijs, actus legitimos, vel metimur, vel decidim⁹. arg. l. puto l. i. §. initium ff. de postul. In his itaq; auctoritas pro ratione est; Zaf. in Paratib. epdem n. 13. & sufficit, si statuentes dicant, hoc justum esse arbitramur, uti dixit Francisc. de Scal. quem allegat Bald. ad d. l. 1.

38. De hisce legibus intelligimus, quod dicit Ulpian. lib. 13. ad legem Julianam & Papiam, Principem legibus solucum esse, l. Princeps ff. de LL. adeò ut ijs non ex necessitate, sed solā honestate obligetur: §. fin. Instit. Quibus modis testam. infirm. l. ex imperfecto C. de testam. l. digna vox C. de LL. in dubio tamen semper legibus uti præsumitur. l. 43. de vulg. & pupill. Substit. l. 35. C. de inofficiis. test. l. 2. C. quand. decret. op. est. Nec uspiam ab ijs discedere, nisi ratio tuendæ Majestatis id flagitet, aut actus, quem gerit, aliter sustineri nequeat. Castrens. ad l. 3. C. de testam. Dn. Gothofred. Anton. disp. feud. I. tb. I. lit. b. Vid. Anton. Fabr. lib. I. C. tit. II. defin. I. n. 4. Hieron.

son. de Cevall. q. 906. Coyarruy. lib. 3. Resol. 6.
6. n. 6.

39. Ad effectum Legum pertinet,
ut obligent, vel ad poenam, vel ad o-
bedientiam; Item ut judicia ex Legum
præscripto ordinetur & lites terminen-
tur. pr. Instit. & ibi Dd. de offic. Jud. Ordin. Cam.
p. 1. tit. 13. fac. Nov. 18. c. 5. text. in c. Judicet.
3. q. 7. Geil. i. obs. 36.

40. Hinc quæstio satis intricata:
An æquitas Juri scripto præferenda?
Nos salvo aliorum judicio, missisq; va-
rijs Dd. distinctionibus, æquitatem le-
galem, h. e. quæ ex ipsis legum visce-
ribus eritur, juri stricto, & sine æqui-
tatis consideratione inspecto, præferi-
mus, nisi mens legislatoris & verba a-
deo clara sint, ut in calu emergente, a-
liam interpretationem sine cavillatio-
ne recipere non possint. l. prospexit ff. qui
& à quibus manum. Eo enim calu solus
princeps, vel is, cuius est legem con-
dere, inter æquitatem jusq; interpositū
decernit. l. i. C. de legibus. Sicuti Princeps
duritiem d. l. prospexit §. i. temperavit
in l. in adulterij C. ad l. Jul. de adult.

G 5

quæ

quod inclinat Treutler. p. i. disp. i. th. 2. lit. b. Dn.
Cothman. 3. Consil. 12. n. 1. & seqq. Donell. 1.
Com. 13. & ibi Hilliger. in Notat. Nam æquitas,
quæ non ex iure scripto, sed ex mo-
tu & affectione animi apparet, contra
ius scriptum, non est sequenda, ut tra-
diderunt, Bart. Bal. & Dd. ad l. 1. & ad l. pla-
cuit C. de Judic. alioqui nihil certum &
perpetuum in iure nostro esset, quibus-
libet causarum statum, ad quamlibet
imaginariam æquitatem detorquenti-
bus. Zaf. I. Consil. 10. n. 35. Quantum à Ju-
re scripto recedimus, tantum ab æqui-
tate recedimus, inquit Cujac. Consil. 38. in fin.
Ideoq; in quæstionibus de æquitate, nisi
inhæreamus iuri scripto, plerunq; sub
auctoritate Scientiæ iuris perniciose er-
ratur. I. si servū §. sequitur de V.O. Vide Thoming.
decis. 16. n. 17. Cacheran. decis. 147. n. 27.

41. Hactenus de dextro mundi
Brachio, & salubri Iustitiæ Instrumen-
to, Legibus videlicet: Sequitur alterum
Iustitiæ Instrumentum, & Muodi Bra-
chium, ut loquitur Accursius, Arma vi-
delicet, ubi enim vi res geritur, Leges
sine armis nil proficiunt. Confer.

Recess.

Recess. Imper. de Anno 1522. in pr. ibi. Dieweil
aber die Gesetze der Rechte nicht nur / oder
fruchtbar / wosfern die mit statlicher billicher
vnd ernstlicher Handhabung vnd Execution
&c. add. Recess. de Anno 1570. § Alß dann
auch. Et de Anno 1512. §. Desgleichen. Ordin.
pac. public. de Anno 1495. in pr. Imò leges
inter arma silent. Cicer. pro Milon. Unde
C. Marius dixisse fertur, se tempore
belli, propter strepitū armorum, Leges
exaudire non posse, cuius dictum refert
Hieron. de Cævall. in Spec. communium opinio-
num, q. 906. n. 4.

42. Quamvis enim pace nihil sit
optabilius, si iusta sit, aut honesta, ni-
hil tamen aut faciendum iniustè, aut
patiendum turpiter, ut pace frui valea-
mus. Polyb. lib. 3. Hist. Confer VVaremund. ab
Chrenberg lib. 1. de fœder. c. 2. n. 93. Pax
enim & iustitia se debent osculari invi-
cem, Psalm. 85. vers. 12. Imò bellum geri-
tur, ut pax quæratur. Cic. lib. 1. offic. Pa-
cem optat voluntas, bellum cogit ne-
cessitas, ut liberet Deus à necessitate &
conservet in pace, inquit Augustin. in c. noli
23. q. 1. pax tamen iniqua sàpè melior
justo bello.

43. Bel-

43. Bellum est publicorum armorum justè suscepta & ritè denunciata contentio. Alberic. Gentil. lib. i. de jur. belli. c. 2. Geil. lib. i. de pac. public. c. 4. n. 41.

44. Sicut legem promulgare universalem summi est Principis, vel Populi, cui id Princeps permisit: ita & armorum jus ad eundem pertinet, adeò ut omnia bella, quæ in iussu & sine licentiâ summi Principis geruntur, privata quadam vindictâ reprobentur. l. 3. ad l. Jul. Majest. ibi qui in iussu Principis bellum fecerit l. neminem C. de re milit. l. 3. C. de agent, in rebus Ordin. Cam. p. 2. tit. 15. ibi. Auß der Kaysserlichen Mitt. oder Unserm Zugeben vnd Erlaubnuß. Recess. Imp. de Anno 1555. §. Wo sich aber. cum §. seq. Cui congruit lex Platonis: Si quis pacem, vel bellum fecerit, sine scitu Populi (qui hodie jus suum in Principem transtulit) capitale esto, ult. de Legibus. Clapmar. de arcan. Imp. c. 20. add. Hieronym. de Cœvall. in Spec. Comm. opin. q. 906, n. 118. & seq.

45. Jure Civili Maiestatis reus iudicatur, qui arma sine Principis iusso sumpserit, d. l. 3. ad l. Jul. Majest. l. un. C. ut

armos

armorum usus priv. quia usurpat sibi iuris
Maiest. quæ sunt solius Principis, ut no-
tant Dd. ad l. ex hoc jure gentium ff. d. just. & jur.
gl. in d. l. un. C. ut arm. us. Quapropter re-
gulariter in unoquoq; recognoscere
superiorem, iniustum semper præsumi-
tur bellum. Alber. Gentil. lib. 1. de jur. bell. c. 3.

46. Neq; ad arma & rixam proce-
dere patitur Cælaria Maiestas, quos po-
test iurisdictione suâ compescere: l. &
quissimum, alias incip. Si cuius, ff. de usufr. vid.
Recess. Imp. de Anno 1555. §. Dagegen sollen/
ibi, Es sol kein Standt des Reichs/ mit der
that/ oder sonst in Ungutein fürnehmen/
sondern in alle wege/ nach laut vnuud aufweis-
ung des heiligen Reichs Rechten &c. & in fin.
Vnd sich an gebührenden ordentlichen Rech-
ten begnügen lassen/ alles bey Fürstlichen Eh-
ren/ waren Worten/ vnd vermeidung v Peini/
in dem auffgerichteten Landesfrieden begriffen.
Add. Recess. de Anno 1512. in prin. ibi, Durch
welche die Irrung/ Zwietracht vnuud Spän/ zu
rechtllichem außtrag lauffen &c. Id enim
Iure Gentium certum est, ubi iure agi
potest, ab armis esse abstinendum. Bo-
din. de Repub. lib. 2. c. 2. p. 301.

47. Quamobrem ex constitutione
Pacis

Pacis Publicæ Divi Caroli V. Imper.
sub tit. Von Mandaten des Cammer Gerichts
wieder die Friedebrecher / & Ordinat. Cam. p. 2.
tit. 9. §. Und ob sich cum §. seq. In Camerâ
Imperiali mandata avocatoria contra-
eos, qui arma movent, vel délectum
ad offensionem alterius agunt, sub poe-
na Banni, per nuncios Cameræ Impe-
rialis decernuntur, Gemeine abforderung/
vel ex aulâ Cæsareâ , missa Fæciali
Einen Keyserl. Heerolt/Ducibus & Militi-
bus intimantur. vid. Geil. I. de Pac. publ. c. 4. n. 1.

48. Ab hisce tamen necessitatis &
defensionis casus exceptus. Constitut. Paci
pub. de Anno 1521. sub tit. Die Peen aller
Friedebrecher circ. fin. arg. l. si aliis §. bellissime
ff. quod vi aut clam tot. tit. C. quand. lic. fin.
Jud. vind. l. ait Prætor §. debitorem ff. que in
fraud. cred. &c ita secundum quosdam
acciendi Recessus de An. 1530. 48.45.

49. In Germaniæ Principibus, ex
antiquissimo libertatis prætentio, con-
cessum esse conscribere milites, in pro-
priam & aliorum salutem, asserit VVare-
mund. ab Ehrenberg/ lib. 1. de fæder. c. 2. n. 56.
modo obliuetetur forma in constitut. im-
peri expressa, in primis Recess. de Anno 1555, 1570,

76.82.

96. 82. 94. 98. Unde sub eadēm formā &
delectum agere, Münstern ad arma cō-
vocare, auffmanen jure territorii pol-
funt. Andr. Knich. de subdit. & Regio terr. jure.
c. 3. n. 238. Habent ius armandiæ , &
Armenta, Zeug vnd Küsshäuser : ius mu-
niendi arcis, Vestung vnd Pasteyen zu ba-
wen/ Quod ipsum Maiestatis particu-
lam esse afferit Arnis. de jure Majest. lib. I. c. 5.
n. 8. & ad maiora regalia pertinere di-
cit Andr. Knich. de jure territ. d. c. 3. n. 239.

50. Justi belli fundamentum est
causa, propter quam suscipitur, iusta ,
Jud. 15. v. 3. quæ in genere talis confe-
tur, si referatur ad gloriam D E I, &
Reip. salutem, pro Lege, & Grege, pro
aris, & focis. Dn. D. Mentzer. in Exeges. Au-
gust. Confess. artic. 16. Fichard. Consil. German.
129. Cothman. ad tit. C. de legib. n. 63.

51. Talis est defensio Religionis &
Regionis. c. fortitudo 23. q. 3. Alberic. Gentil. l. I.
de jure belli c. 7. Quamvis n. Religio in se
tanquam spirituale bonū, conservari nō
possit: ipsū tamen Religionis exercitiū,
à vi externā, & insultu impedientium,
rectè armis defenditur. Nehem. 4. v. 13.
Machab.

Machab. l. v. 43. & seqq. c. *Maximianus* 23. q. 3.
Polan. in *Syntagma Theolog.* vol. 2. lib. 10. c. 67.

52. **Defensionis favor extenditur ad eos quoq;**, qui vel vicinitatis, vel societatis, vel alio quovis vinculo nobis obstricti sunt, cum intersit in necessitatibus hominis beneficio hominem affici. *I. servus. de serv. exportan.* Exemplo Abrah. *Gen.* 14. & *Israëlitarum Jos.* 10. vid. *Constit. Imper.* de Anno 1522, in pr. ibi. Haben wir vns zu Rettung des Christlichen Bluts vereinigt/ vnd beschlossen/ Unserm Bruder dem König zu Ungern/ zu widerstande der Türcken/ mit hülffe zu erscheinen / vnd Christlich: brüderlichen trost vnd beystandt zu erzeigen. add. *VVaremund.* ab *Chrenberg lib. 2. de fœder. c. 1. n. 59.* *Anton. Vaud.* *Udalric. Zaf.* & *Dd. in l. 3. ff. de Just. & Jure.*

53. **Defensionis favor tantus,** ut non tolum ingruentem, sed etiam imminentem vim respiciat. *arg. l. 3. C. ad l. Cornel. de Sicar. l. 5. ad l. Aquil.* **Frequensissimum calamitatis initium securitas.** *Alberi. Gentil. lib. 2. de jure belli c. 14.* Expedic itaq; Reip, impendentibus malis obviam ire, & antevertere, ne sero clypeum post vulnera sumere, si in praesentiā

tiâ crescentis plantæ radix præcidi, &
adversarij male cogitantis conatus op-
primi possit. Nicephor. l. 5. Qua ratione o-
lim iatrichti sunt milites limitanei,
qui sub limarchâ, h.e. præfecto limitis,
provinciæ terminos cuerentur. l. mune-
rum civilium ff. de muner. & honor. l. quas DEo
C. de offic. prætor. Aphric. Oldendorp. ad l. 2. §.
populo deinde ff. de Orig. juris. Zaf. ibidem n.l. &
2. c. 5. p. mihi 882. Et hodie tales sunt, Die auff
den Frontiren vnd Grenzhäusern in der besa-
kung ligen. Undè non de nihilo est Bo-
dini discursus, dicentis, tam diu stetisse
potentiam & amplitudinem Rom. Imp.
quoad Constantinus, Pontificū oratio-
ne persuasus, legiones ac robur planè
sustulisset, quib⁹ incisis nervis, barbaræ
gentes provincias omnes Romanorum
popularis, ac vastare cæperunt. lib. 5. de
Rep. c. 5. pag. mihi 882.

54. Inter justas belli causas non-
postrema rerū eruptarum recuperatio:
Covarruv. in Relect. c. peccatum p. 2. §. 9. n. 4.
vid. 2. Reg. c. 2. Item illatæ injutiæ vindici-
catio: Num. 31. vid. Receß. Imper. de A. 1521. §.
Vnd als wir in vnserm Käyserlichen Gemüth

H gesetzt

gesetz / vnd fürgenommen haben / mit hülff des
Allmechtigen / Gott zu fordern zu lob / dem hei-
ligen Reich zu Ehren vnd Wohlafert / Unser
Kaiserliche Kron / wie sichs gebührt / zu holen
vnd zu erlangen / auch dasjenige / so dem Reich
entzogen / vnd lange Zeit in frembden Händen
gewesen / widerumb zu erobern / vnd zum Reich
zubringen. Quod Imperatoris proposi-
tum, status & proceres Imperij com-
probatur, suamq; opem promiserunt.
vid. eandem Constit. §. Auch haben vns Chur-
fürsten / Fürsten vnd Stände des Heiligen
Reichs / zu Unserm beginnen / ein tapffere grosse
hülff / nembllich 4000. zu Ross / vnd 20000. zu
Füß versprochen. &c.

55. Similis est Exemptorum con-
ditio. Qui enim ab Imperio deficiunt,
Imperij hostes efficiuntur: l. 19. §. transfu-
ge de captiv. & Postlim. revers. l. 14. ex quibus
causis Major. l. 3. §. fin. ad L. Cornel. de Sicar.
Br. in l. hostes n. 15. ff. de captiv. Ideoq; ad-
versus eos æterna est auctoritas. argum.
l. Barbarius de Offic. Prætor. Unde fre-
quentes in comitijs Imp. querelæ: vid. d.
Recess. de Anno 1548. §. Dieweil auch etliche
viel Stände. Recess. de Anno 1566. §. Nach ob-
gesetzten, ibi. Durch was fügliches Mittel an-
sehent-

scheneliche Stände/Land vnd Leute von frembo-
den Potentaten entzogen. in Recess. de An. 1576.
§. Wir haben auch ferner. Rudolph. II. in Re-
cess. de Anno 1582. §. Wann nun neben.

56. *Justa etiam sunt arma, quæ ad-
versus contumaces Magistratus, ioris
judiciorumq; auctoritatem spernentes,
lisciuntur.* Rev. Dn. D. Mentzer. in Exeget.
August. Confession. Artic. 16. *Ad quorum
coercitionem, hodie novissimis Imperij
constitutionibus, circulorum constituti
præsides, quorum Maximiliani I. tem-
pore constituti fuerunt sex, vid. Recess. de
Anno 1500.* Quibus postea necessitate
publicâ urgente, diviso Saxonico &
Rhenano, quatuor fuerunt additi, Au-
striacus, Burgundicus, Electoricus
Rhenanus, & Superior Saxonius. vid.
Recess. Colon. de Anno 1512. *Quæ circulorum
distributione repetitâ, Carol. V. qui
status cuiq; circulo sint attributi, ordi-
ne recenser.* Recess. de Anno 1522.

57. *Quapropter si status aliquis, ju-
ris, Justitiaeq; spernat vigorem, Execu-
tio solet committi, dem Negligessenen
CreyßObrissten.* Vid. d. Constitut. Carol. V. de
anno

Anno 1522. §. Und in dem allen. Geil. r. de pœn.
public. c. 4. in pr.

58. Justè arma sumuntur contra
eos, qui transicūm innoxium jure hu
manæ societatis debitum denegant,
Num. 21. August. in c. ult. 23. q. 2. Covarruv. in
Relect. c. peccatum p. 2. §. 9. modò denega
tio non fiat sure. arg. s. Wir wollen. Con
stit. de Anno 1570. Denais. injure Camer. tit. sal
vus conductus 276. n. 1.

59. Dominandi verò libido, no
cendi crudelitas, & similes causæ, jure
in bellis culpantur. Gregor. in c. quid culpa
tur 23. q. 1. Confer Bodin. lib. 1. de Rep. c. 5. p.
115 2.

60. Pari ratione infidelitas & Religio
nis diversitas, justa nō est causa populū,
à Jurisdictione bellum moventis remo
tum, aggrediendi. late Covarruv. in Relect.
d. c. peccatum §. 10. Cujac. 10. Observ. 3. Alberic.
Gentil. lib. 1. de jure belli c. 9. Pet. Gregor. de Re
pub. l. 12 c. 4. n. 11. D. Meissnerus in Sobr. Philo
soph. sect. 2. q. 4. p. 625. VVaremundus ab Eh
renberg. 1. de foederib. c. 2. n. 15. Lips. lib. 4. Pa
litic. Lactant. lib. 5. Institut. Divin. c. 2.

61. Frustra ergo excusare bella.
Hispanorum Regis in Indias, non sine
cruo-

eruore gesta, adnuntiantur, qui Pontificis
donatiois praetextu ista palliare, & pro-
lixè defendere satagunt. Hieronym. de
Cavall. in Specul. Comm. opinion. q. 906.

62. Apparente justâ belli causâ,
plurima ad ejus expeditionem deside-
rantur, utpote pecunia, quæ omnium
judicio rerum gerendarum nervus, Cis.
pro L. Manil. Coras. de jure Emphyt. in pr. n. 4.
Commeatus, Remeatusq.; Cibaria, ar-
ma, milites, belli Duces: Confer, Lips. 5.
Polit. c. 6. de quibus latius agere præ-
sentis tractationis ratio non patitur.

63. Ad bellum suscepturn feliciter
expediendum, tenacissimum vinculum est
disciplina militaris, in cuius sinu ex Va-
lerij sententia, rerū omniū tranquillus
status acquiescit, & optatissimi trium-
phi promanant: lib. 2. c. 7. Unde apud
Romanos disciplina castrorum, carita-
te liberorum & parentū antiquior fuit.
l. 19. S. 7. de captiv. & postlim. revers. Giphan.
in l. 7. C. de procurat. Sichard. ad Rubric. C. eo-
dem. Geil. 1. de pœn. publ. c. 4.

64. Disciplina militaris præcipue
consistit in Exercitio, Ordine & Coërci-
tione.

H 3

65. Ex-

65. Exercitio maximè opus est, ut
milites cotidie exerceantur, vid. Bodin.
lib. 5. de Rep. c. 5. p. 883. in fin. Sicut edim.
omne artificium per exercitum recipi-
pit incrementum: l. legatis 65. §. 3. de legat.
3. fac. c. fin. distinc. 38. Sic & maximope-
re militia. Indè exercitus Varroni
dictus, quod fiat melior exercendo:
lib. 4. ling. latin. Hoc si omittatur, mili-
ties se effundunt in luxum, Epulas & no-
cturnos tumultus. Tacitus lib. 4. Histor. Vid.
Recess. Imper. de Anno 1570. sub tit. Von der
Neutter bestallung/ ubi Imperator & Im-
perium de tali luxu & ebrietate quere-
latur: §. Item. 48. Item Dieweil es leider dahin
kommen/ daß unter den Deutschen/ sonderlich
im Kriege/ das lästerliche viehische Vollsauf-
sen schier die meiste übung ist/ darauf der gan-
hen Nation viel Verkleinerung/ Unehr/Nach-
theil vnd Spott entstehet/ vnd sonderlich auch
desto weniger Sieg vnd Glückliche verrichtung
erfolget. Quare certa poena Ebrietati eä-
dem Constitutione præsticuta, in §. 52.
Et in militiâ delictum ebrietate com-
missum non extenuatur. d. Constit. §. 50.
Item/ Es solle in allen Misshandlungen/ so
voller weiß/ durch Groß oder klein Hans ge-
schehen/

schehen/ vnd straffbar seind/ die Drunkenheit
zu keiner entchuldigung/ oder mildierung der
Straff angezogen werden/ Sonder vielmehr
solche Verbrechung desto schärfser/ schwerer/
auch gedoppelt gerechtfertiget werden. Hoc
*veneno fortissimus Annibal exercitus
inebriatus in Italiam perire cum ipso: ut
haut vanè olim dictum: Una Anniba-
lem hyberna solverunt, & indomitum
illum nivibus atq; Alpibus, enervave-
runt fomenta Campania. Liv. De mili-
tum exercitiis confer Veget. lib. i. de Re
militari.*

66. *Ordo, qui ut actionum huma-
narum omnium anima dicitur: ita belli
& armorum ornementum est & funda-
mentum: confer Oldendorp. in restaurat. Po-
lit. ad l. 2. in verbo, in Equestri Ordine ff. de O-
rig. Jur.*

67. *Ordo consistit in digerendis
copijs, per legiones, cohortes, centu-
rias & decurias: ut æquali legitimoq;
semper spacio distet miles à limite, nec
ultra quam expedit, aut congregent
agmen, aut laxent. Veget. lib. i. c. 26.*

68. *Coercitio versatur circa mo-*

H 4

res

res informandos, & refrenandam pe-
culantiam militum: ad reprimendas
rapinas, & direptiones, quæ nostris,
proh dolor, temporibus, multorum
luxu ita frequentantur, & tantâ impu-
nitate fiunt, ut militia, quæ Romanis
temperantiae, Prudentiae & fortitudi-
nis Schola fuit, nunc latrocinandi ars
esse videatur. Bodin. lib. 5. de Repub. c. 5. p.
902. de quo querelatur Imperator & Imperium
in constit. de Anno 1570. sub tit. Von der Reutter
bestallung §. Vnd dieweil 43.

69. Ad hanc conservandam mira
opus est severitate & gravitate, ita ut
secundum Clearchi vocem, à militi-
bus Imperator potius, quam hostis me-
tuatur: Valer. lib. 2. c. 7. Lips. lib. 5. Polit. c. 13.
unde etiam jure civili contumacia o-
mnis militis, adversus Ducem & Prä-
sidem, capite punitur. l. 6. §. 2. de Re mili-
tari. l. item profugus 3.t. eod. d. constit. Imper. de
Anno 1570. sub tit. Von der Reutter bestallung.
§. 57. Item/ Es sol keiner an die Justitien/
als die Profosen / Rumormeister &c: hand
anlegen/ oder thun mit gewalt oder vnbeschrei-
denheit widerstreben/ alles bey straff leibs vnd
Lebens.

70. Ad

70. Ad hanc disciplinam pertinet
perniciosa profugorum malitia, in qui-
bus & iure Civili, & novissimis Imperij
Constitut. gravis poena constituta.
vid. d. Constit. de Anno 1570. sub d. tit. §. 28.
ibi. Und welcher auf dem Feld / oder vom
haussen/ ohne erlaubniß vnd Passport ziehen
würde/ der soll/ da er betreten/ an Leib vnd
Leben gestrafft/ oder da er entlaufft/ öffentlich
zum Schelm gemacht werden. Et tantum
de legibus & armis, pro nostri instituti-
ratione, dixisse sufficiat.

Illustri & Generoso,

DN. GEORGIO LUDOVICO,
LIB. BARONI à STARHEMBERG &c.

Amico & Commensali suo exopta-
tissimo,

P U B L I C E D I S P U T A N T I ,

amoris ergo scribebat.

T E celebrant Charites, Musæ super æthera
tollunt,

Alma Themis laudat, doctus & omnium amat.

H 5

Hand

Haud frustra: Tu a namqz id Ars Virtusqz meret.
Ingenijqz bona hoc digna favore tui,
Macte bonis tantis! Sic perge, ultroqz, sequentur
Virtutum comites, Gloria, Fama, Decus.

Ernestus Ludovicus Comes ac Do-
minus in Mansfeld.

Juppiter ut Phrygij captus Ganymedis amore,
Hunc rapit ad celsi sidera celsa poli,
In volucris formâ, terræ quæ fulmina portat,
Ut det nectareo pocula plena mero:
Sic Patria ingenij præclari & mentis amore
Te trahet, inqz; suo gestiet esse sinu;
Consilia ut liquido Sophiæ de fonte ministres,
Verbaqz, nectareis assimilanda meris.

Votum Chronologicum.

Perge Baro Insignis De SangVIne nate Ba-
ronis,

Et Patriæ Præstans DICeris esse DeVS.

Cognato & amico suo intimo,

Honoris ergò apposuit

Rudolphus à Dietrichstein L. B. in Hol-
lenburg, Finckenstein & Talberg, Pin-
cerna hereditarius Carinthiæ.

EIDEM.

EIDEM

UT Cyclops oculo effuso sine luce vagatur,
Auctor & interitus est ferus ipse sui :
Sic sine mente furit populus, fœdæq; ruine
Causa sibi est, quando jus sine honore jacet.
Ut maneant igitur junctæ arcto fœdere turbæ,
Et populi nunquam dissocietur amor,
Legibus imperium sanctis Respublica tradit,
Et legum imperium vult socia arma sequi.
Horreat ut pœnas cui turpū crimine vita,
Ut q; boni ex merito præmia digna ferant.
Et te, vernamē, STAR HEMEERGI inclute, florem
Ætatis quod vis legibus esse sacrum,
Omnibus quoq; prosequitur Respublica faustis,
Proq; salute tuā prospera vota facit.
Macte animo & studijs, HEROS macte optime
tantus :

Te ducat virtus, te comitetur honos :
Sis aliquando pater patriæ ; sis optimus auctor
Consilij : detur te duce pace frui :
Servatos etiam ob cives tibi querna Corona
Implicat aeterno flore & honore caput.

Boni omnis ergo ap-
plaudebat

J U S T U S M E I E R V S D . & J U R I S
utriusq; in Academiâ Argentoraten-
sium Professor publicus,
Disput. Præses.

Plurima

Plutima nobiliū pars se splendore parentū
Secretam à reliquis civibus esse putat.
Verum ô quid refert Cræso nascatur an Iro,
Quem laudis propriæ non trahit ullus amor,
Macte ergò Herorum Starmbergi clara propago,
ac gentilitio lamine quicquid habes,
Ceu fac is, id propriā Virtute atq[ue] labora,
Vt geminâ posthac fulgere luce quæcas.
Isthoc Alphonsus superavit tramite nubes,
Ut quoq[ue], nunc illum fama loquatur anus.
Auspicio simili transcendit sidera & is, cui
Submisit fasces terra Britanna suos.
Schenck etiam nomen vigilatæ ex ordine no-
Feudorumq[ue], astris, inseruere libri, [ctes,
Ille quidem fuerat priscâ de stirpe Baronum
Ortus, atq[ue] decor non sequitur tumulum,
Et fors perpetuâ latuisset Schenckius umbrâ,
Ni fieret proprio conspicuus genio;
Nunc vivit, vivetq[ue], æternum, & nubibus ipsis
Altior hoc solo transiit astra modo.
Scilicet hæc illis debetur adorea, quorum
Plus ultra patrio terminus est titulo.
Perge igitur cœpto decurrerere tramite, teq[ue]
Starmbergi magnis insere nominibus.
Sic tua te virtus illis æquabit, & inter
Heroas proavos lucidus ignis eris.

*Debitæ observantæ ergo P.
Theodorus ab Oeseden Flenf, Hols.*

Non

EIDEM
De
LEGIBUS & ARMIS
DISSERENTI

Devoto animo gratulatur.

Non pauci, induti turgent splendentibus armis,
Suspensi gradu, digitisq; notarier optant,
Credentes leve momentum tranquilla togatæ
Nomina militæ sectari Pacis in umbrâ.
Contra qui Clariæ seque & sua mancipat Arti,
Plus homines LONGÆ, quam CURTÆ vestis
honorat,

& Druidas Equiti præponens, negligit istam
Bellone prolem, truculentî Martis alumnam.
Sepius hæc fuit acta, haut uno judices causa,
Ac patrocinio pars utraq; recta fidelè
Erubuit de jure suo concedere quidquam.

Sed nunc ambiguae sufflamina ponere litis
Lege jubet latâ sic STARHEMBERGII: ut cum
Pallade, miro ausu, Mavors conjures amice,
Hujus & illa simul latetur fædere grato.

Virtute hâc gaudie. Nec enim duntaxat in horto
Musarum eductus, vel solo Marte superbus,
Hoc dextrè nobis poterat præstare; sed is, qui
Bellandi fandig; potens, & prælia Musis
Temperat, ac rigidū moderatur Apolline Martem.

Protagenes Vulcanius^o
Laciburgius^o.

Ne

NE vacuas videret Lector chartas, qualis secundum Polybium ut plurimum sit AULICUS: qualis item ille ex voluntate Cæsaris Antonini esse debeat, subjicere voluimus".

AULICUS EX POLYBIO.

Bραχὺς γδὲ δῆ πάνυ καὶ εἰ πάντας μὴ ἀθεώπις ὡς Φίλιππος οὐφέστη, καὶ πάλιν τακτιζότι, μάλιστα ἐπὶ σύντονος βασιλείου. οὐτως γδὲ εἰσιν ἐπὶ τῷ Διαρραθήσοιται τῷ Φίλιππῳ αὐτοῖς φύγοισι, ἐκεῖνοι τοι γδὲ οὐ τὸ φυγίζον: Θεόβληστον, αὐτοὶ χαλκῶν καὶ παραπίνα πέλανον ἴχθυσιν, οὐπε τοῖς αὐλαῖς κατὰ τὸ νῦν οὐδὲ τὸ βασιλεῖον μακέρελοι καὶ παρεπιδομέλεσσοὶ γίνονται:

Ocasiones enim omnino leves in universum quidem omnes homines extollunt, & vicissim depriment: Sed eos tamen maximè, qui in regis vitam degunt: Sunt enim ipsi reverā similes calculatorum in tabulis. Hi enim ex eorum, qui rationes subducunt arbitrio, modo teruncio, modo talento valent; & illi, qui aulās colunt, ad nutum regis beati, & evestigio miserabiles fiant.

AULICUS CÆSARIS ANTONINI.

Ei μητέχειτε ἄμα ἔτικες καὶ μητέρες, ἐκείνη τοι ἀνέθερψίτε, καὶ οἵμως ηὔπειναδός οὐδετέρες τὴν μητέρες συνεχής έγίνετο. Τούτοις γέννησι η αὐλής καὶ φιλοσοφίας, ὡδὲ πολλάκις επένδυται.

v. 97

v. Dis, n̄ḡ w̄cōvāmūs m̄tūt̄, d̄i: n̄v n̄t̄ c̄rē
oī āent̄n̄ P̄al̄vet̄, n̄ ōt̄ c̄ d̄t̄l̄s āent̄t̄.

Quod si eodem tempore tibi & noverca sit & ma-
ter; & illam colas; & tamen ad matrem perpetuo
confugias. Id modò sunt tibi aula & Philosophia.
Huc s̄p̄e revertere, & in eâ acquiesce, cuius bene-
ficio & aulica toleranda tibi videntur, & tu ab
aulicis ferri potes.

Hoc dogma carmine quondam expressit
JOANNES CASELIUS.

Et fuerunt olim populi, & nunc esse feruntur,
Lege domum non una viri ubi dicitur uxor;
In quâ barbarie sit eidem tempore eodem
uni invisa noverca, sit optatissima mater.
Jam tibi tute simul matrem puta & esse novercā;
Hanc, age, si sapias, an non reverenter habebis.
Eādem consortem thalami ratione paterni?
Sic facies: dura est patri inslementia nato;
Sed tamen in gremium matrū te s̄p̄e receptes.
Quātute unicē ames semper, quāq; unicē amet tē;
Sic quoq; dura piā tibi sit cum matre noverca,
Dum templum Sophiæ colis, & celsa atria regum;
Egregiē gnarus Sophiæ, neq; nescius aulæ:
Ad se te rapit illa, sed hac te mittere non vult.
Hic quid agas? Sophien fas est præponere rebus;
Quæ nos mater amat, quæ curā simplice servat;
Blanditijs contra illa novercæ p̄dit alumnos,
Nec finit aut verbis, aut vultu fidet quenquam.

Sed

Sed te sive animus, seu fatum traxit in aulam,
Nec potes avelli de vita & moribus istis:
Inq[ue] graves casus terres quoq[ue] publica poscit,
Nec tamen a Sophia possit avellere mentem:
Emersus medius aliquando fluctibus aulae,
Illiis in portu placat a mente quiesces.
Sin Jovis imperium summi te detinet illic,
Tu tamen huic uni debes hoc omne magistræ,
Quod vir magno animo nequaquam ferre recusat
Vanos aulæ strepitus moresq[ue] superbos.
Teq[ue] quod ipsa etiam nego dum fastidit in acri
Censurâ: quod te potius miratur eunt enim
Suspensis gradibus per tot discrimina rerum.
Is demum bene tutus agit, qui vera secutus,
Haud tamen utramvis dormit securus in aurem.

Errata sic corrigantur..

Lit. C. in fine orationis, lin. antepenultima leg. tranquilleq. thes. 6. lin. 3. referuntur. lin. 12. exituri erant. thes. 7. lin. 3. utrumq;. th. 11. l. 17. refert. th. 12. l. 2. proprijs. th. 13. l. 1. æquiparantur. lin. 13. an per. thes. 14. l. 3. temporis. th. 17. l. 2. ad ferrum. th. 18. lin. 4. adjecta sunt. l. 11. accusati. lin. 12. pendente. th. 19. l. 9. potest. th. 20. lin. 4. in eo. lin. penult. nihilominus.
Lit. D. th. 22. l. 12. per Magistr th. 25. l. 17. non im-
merito l. 18. codicillos. thes. 26. lin. 2. id est. certa-
rum rerum lin. 4. legibus Romanis. th. 41. sub fin.

Legi Reimnia. th. 42. l. 9. adhibere. th. 44.
lin. 8. adhibere.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
/rosdok/ppn73046587X/phys_0134](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73046587X/phys_0134)

DFG

EIDE
UT Cyclops oculo effossi
Auctor & interit
Sic sine mente furit populus
Causa sibi est, quando j
Ut maneant igitur junctae
Et populi nunquam dis
Legibus imperium sanctis l
Et legum imperium vu
Horreat ut pœnas cui turp
Utg₃ boni ex merito pr
Et te, vernantē, STARHE
Æstatū quod vis legib
Omnibus quoq₃ prosequit
Proq₃ salute tuā prosp
Macte animo & studijs, E
tant
Te ducat virtus, te co
Si aliquando pater patrie
Consilij: detur te du
Servatos etiam ob cives t
Implicat æterno flore
Bonī omni
pla
J U S T U S M
utriusq₃ in A
sium Pr
D



the scale towards document